

Luc. c. 1.

IN CONTRARIUM est quod A
habetur Lucæ 1. *Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilee ad Virginem desponsatam viro, &c.*

Præterea. Ne tantum mysterium, sicut fuit incarnatio Verbi crederetur non per diuinam prouidentiam, sed casu, & fortuito fuisse factum, congruum fuit, quod pronuntiaretur per Angelum.

RESOLVTIO.

Congruum fuit Christi conceptionem per Angelum pronuntiari: ex parte Virginis, quia Angelis est semper cognata Virginitas: ex parte Angeli, quia sicut Angelus malus fuit causa mortis, ita bonus esset nuncius vitæ: & ex parte Dei, qui semper infima per media ad superiora reducere solet.

RESPONDEO dicendum, quod tot sunt aliæ difficultates, in quibus nos sermonem nostrum oportet diffundere, & intelligentiam dilatare, quod in hac questione, & in alijs similibus, quæ quasdam congruitates, vel quasdam congruentes adaptationes exposcunt, ne simus legentibus onerosi, volumus nostrum sermonem restringere.

Sciendum ergo, quod conceptionem Christi congruè fuisse factam per Angelum, triplici via possumus declarare.

Vt prima via sumatur ex parte ipsius Virginis, ad quam mittitur Angelus.

Secunda ex parte ipsius Angeli ad Virginem missi.

Tertia ex parte ipsius Dei mittentis ad Virginem Angelum.

Prima via sic patet. Nam esse virginem est viuere in carne præter carnem. Propter quod Hieronymus in sermone de Assumptione ait. *Benè ad Virginem mittitur Angelus, quia semper est Angelis cognata virginitas.* Et subdit: *Profecto in carne, præter carnem viuere non terrena vita est, sed Angelica.*

Secundò hoc possumus declarare, non solum ex parte Virginis, quia virginitas innata, idest connaturalis est Angelis, sed hoc patet ex parte ipsius Angeli. Congruum enim fuit, quod cum per Angeli persuasionem facta esset inimicitia

inter Deum & hominem, per Angeli persuasionem concordia inter Deum, & hominem fieret. Nam sicut Angelus persuasit humanam mortem, sic congruum erat, quod Angelus nunciaret humanam redemptionem, & humanam salutem, & vitam, quod factum fuit, quando Angelus dixit Virgini: *Ecce concipies* &c. Postea subdit: *Vocabis nomen eius Iesum*, idest Saluatorem: quia ad ipsum propriè spectabat, nos redimere, & saluare. Aduertendum tamen, quod non fuit idem Angelus persuadens mortem, & annuncians vitam: Nam *Sicut per hominem est mors, & per hominem resurrectio mortuorum*, sed non per eundem hominem, quia mors fuit per Adam peccatorem hominem, sed resurrectio mortuorum fuit per Christum hominem innocentem. Et inde est, quod *sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.* Sicut ergo per Angelum fuit persuasio mortis, congruum erat, quod per Angelum esset annunciatio vitæ. Sed hoc non fuit per eundem Angelum, quia persuasio mortis fuit per Angelum malum, at verò annunciatio vitæ per Angelum bonum.

Tertia via patet ex parte ipsius Dei mittentis Angelum: nam lex diuinitatis est, semper inferiora reducere ad superiora per media, idest per media inter Deum & hominem: hoc est ergo quod Dionysius ait 4. de Angelica Hierarchia, quod *tanquam diuino legali ordine id legaliter ponente, hoc est, per prima secunda in Deum reducere:* Et quia nos sumus inferiores ipsis Angelis, naturaliter loquendo: ideo congruum fuit, non solum ex parte Virginis, & ex parte Angeli, sed etiam tertio ex parte ipsius Dei connectentis vniuersum, & reducentis inferiora in superiora, per media, quod talis annunciatio fieret per Angelum: & quia infima Hierarchia est illa, quæ immediate se habet ad Hierarchiam humanam: ideo talis annunciatio debuit fieri per aliquem Angelum infimæ Hierarchiæ. & quia in infima hierarchia sunt tres ordines, vt communiter ponitur, videlicet, Principatus, Archangeli, & Angeli, concludere possumus, congruum non fuisse, quod talis annunciatio fieret per aliquem de Principatibus, quia illi exercent actiones

Nō fuit idē Angelus persuadens mortē, & annuncians vitā, 1. Cor. c. 15

Declaratur conuenientia annunciationis per Angelum tripliciter, ex parte Virginis, ex parte Angeli, & ex parte Dei.

D. Hieron. seu potius Sophronius serm. de Assumpt. B. V.

Virginitas dicitur vita in carne præter carnem.

Annunciatio fuit facta per Angelum infimæ Hierarchiæ.

Officium Principatus

Officiū An-
gelorum.

nes suas circa Rempubicam, idest circa A
aliquam multitudinem; sed hæc actio, vel
hæc annunciatio debebat fieri ad singula-
rem personam, quia ad solam Virginem:
Pariter etiam talis annunciatio non de-
buit fieri per aliquem de ordine Angelo-
rum: quia eorum est nunciare minora:
debut ergo fieri per aliquem de ordine
Archangelorum, & sic factum fuit, quia
factum fuit per Gabrielem: omnes com-
muniter possunt dici Angeli, tamen hoc
nomen commune dicitur de infimis An-
gelis: nam superiores eis vocantur Ar-
changeli. Cum ergo dicitur: *Missus est B*
Angelus Gabriel &c. ille Angelus non
fuit de infimis, quia non habentes aliud
nomen vocantur Angeli; sed fuit de su-
perioribus, qui habentes proprium no-
men vocantur Archangeli.

RESP. AD ARGVM.

Ad primum dicendum, quòd quamuis
in Isaia dicitur, quòd Virgo debebat concipere, non tamen dicitur quænam debe-
bat esse illa virgo, ideo congruum fuit
mittere Gabrielem Archangelum ad Ma-
riam Virginem, vt annunciaret sibi,
quòd ipsa erat illa Virgo, quæ debebat
concupere, & parere filium; sic etiam, si
dicitur: *Paruulus natus est nobis, & filius C*
datus est nobis: nesciebatur ex hoc, quæ
esset illa persona, cuius paruulus debebat
nasci nobis, & cuius filius debebat dari
nobis; ideo bonum fuit hoc annunciare
Mariæ, quòd ipsa erat illa, à qua debe-
bamus tantum bonum recipere.

Potest etiam ad hoc assignari alia con-
gruitas, congruum enim erat, quòd fides D
nostra pluribus testimonijs muniretur, vi-
delicet testimonio Prophetæ, & testimo-
nio Angeli.

Ad secundum dicendum, quod licet
Virgo, simpliciter loquendo, esset supe-
rior Angelis, tamen vt viatrix erat infe-
rior quolibet comprehensore. Nam de
quolibet puro viatore, siue de qualibet
pura viatrice dici potest. *Qui autem mi-
nor est in regno cælorum maior est illa.*

Ad tertium dicendum, quòd argumen-
tum peccat in medio, & recipit falsa.
Nam conueniens fuit per eundem nun-
cium annunciari conceptionem, vel nati-

Debut mit-
ti Archæ-
gela ad expri-
mēdū illud
quod Isaias
in sua pro-
pheta sin-
gulariternō
expresit: &
ad fidē no-
stram testi-
monio An-
gelico, &
Prophético
muniendā.

B Virgo sim-
pliciter su-
perior An-
gelis: vt
viatrix in-
ferior.

Math. c. 11

uitatem serui, & Domini, quando ad
hoc præcipue, & specialiter nascitur ille
seruus, vt sit præcursor illius Domini.

Ad quartum potest patere solutio, per
iam dicta, nam cum infima hierarchia im-
mediatè se habeat ad hierarchiam huma-
nam, ideo modo, quo dictum est, debuit
feri talis annunciatio, de aliquo ordine
infimæ hierarchiæ.

Maiores argu-
menti est
falsità, quan-
do seruus
nascitur, vt
fit sui Do-
mini præ-
cursor
Congruitas
debet sumi
ex immēdia-
tione ad
hierarchiā
humanam,
non ex su-
biimitate
hierarchiæ
Angelicæ.

QVAESTIO IV. PRINCIPALIS.



VARTO quæ-
ritur de quar-
to principali,
videlicet de
propagatione
carnis Christi,
circa quod quæ-
runtur tria.

Nam primò
quæritur de huiusmodi propagatione
dictæ carnis, quantum ad infectionem.
Vtrum fuerit infecta in antiquis Patribus.

Secundo quæritur de huiusmodi pro-
pagatione carnis, siue de huiusmodi car-
ne, quantum ad decimationem per respec-
tum ad alios à Christo, qui fuerunt de
stirpe Abrahe, & per respectum ad Iesum
Christum, qui fuit de huiusmodi stirpe.
Vtrum omnes, qui descenderunt ab Abra-
ham fuerint decimati in Abraham.

Tertiò quæritur de propagatione
Christi quantum ad Virginem, & quan-
tum ad sanctificationem Christi. Vtrum
Christus fuerit sanctificatus in Virgine.

ARTIC. I.

Vtrum caro Christi in antiquis Patri-
bus fuerit infecta. Conclusio
est affirmatiua.

D. Thom. 3. p. q. 31. art. 7. Medina. Caiet. ibid. D. Bon. in
3. d. 3. p. 2. art. 2. q. 1. Ricchar. d. 3. q. 9.



D primum sic proceditur:
videtur quòd caro Christi
in antiquis patribus non
fuit infecta: nam Christus
vt videtur, habuit corpus
cœleste, sed corpus cœle-
ste non inficitur, nec alteratur per coniun-
ctionem

tionem ad aliud corpus. Quòd autem A
Christus habuerit corpus cęleste potest
probari per illud, quod dicitur Io. 3. *Qui*
Io. cap. 3. *desursum est, super omnes est.* & ibidem
subditur: *Qui de terra est, de terra loquitur, qui de cęlo venit &c.*

Probatum etiam per illud, quod habetur
1. Cor. c. 15. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cęlo cęlestis.*

Pręterea. In littera dicitur, quòd Christus
assumpsit primitias nostrę massę, sed
primitię nostrę massę, siuè status primitiuus
noster non habuit carnem infectam B
aliqua infectione: ergo &c.

Pręterea. August. 10. super Genesim
vult, quòd *caro nostra, non Abrahę tantum, sed ipsius primi hominis pręuaricatoris habebat vulnus, & medicamentum vulneris.* & Hugo lib. 1. p. 8. cap. 12. ait,
D.P. Aug. tom. 3. *Ex quo enim homo à statu primę incorruptionis, lapsus in corruptionem per mortalitatem, & in anima per iniquitatem, semper fuit vulneratio, & medicina vulneris: sed non potest esse medicina vulneris in aliquo, nisi in eo sit aliqua pars parua non infecta, sicut videmus, quòd per puritatem, & per carentiam infectionis in corde medicatur, & curatur totum animal, quòd si ipsum cor esset infectum, non esset spes de cura, vel de medicina; semper ergo in humano genere fuit aliqua pars non infecta, de qua formatum est corpus Christi, per quod curati, & sanati sumus, sicut per sanitatem cordis sit sanitas in omnibus membris.*

Pręterea in diuina Sapiencia nihil inquinatum incurrit, vt dicitur Sapient. c. 8.
Sap. c. 8. *sed Christus est Dei virtus, & Dei sapientia,* vt habetur 1. ad Corinth. 1. ergo caro Christi nunquam fuit inquinata, vel infecta. D

IN CONTRARIUM est, Magister in littera dicens: carnem Christi, priusquam assumeretur, peccato fuisse obnoxiam.

Pręterea. caro Christi non processit ab Abraham nisi per semen, ex quo conceptus est Isaac: sed semen illud per carnalem concupiscentiam coitus pollutum, fuit originali peccato: Caro ergo Christi antequam assumeretur ab eo, fuit in Patribus antiquis sic polluta.

RESOLVTIO.

Caro Christi in antiquis Patribus fuit infecta: quod patet ex parte animę rationalis in communi, ex parte carnis, atque totius coniuncti.

RESPONDEO, dicendum quòd communiter recitatur, duplex modus dicendi, qui non potest computari inter opiniones, sed oportet vt computetur inter errores. Fuit enim vnus modus dicendi, quòd corpus Christi non fuit formatum ex eo, quo formantur alia corpora hominum, sed Dei Filius corpus cęleste secum attulit, & hoc modo per vterum Virginis transfuit, nihil ex ea assumens: hoc autem communiter, & benè dicitur esse hæreticum. Quod dupliciter communia scripta probant. primò quidem, quia hoc repugnat veritati Scripturę sacrę, dicentis, *Christum esse ex muliere factum, & natum.* Galat. 4. Nisi enim Christus ex muliere traxisset materiam, de qua formata est caro, vel corpus eius, non diceretur factus, vel natus ex muliere, & Virgo non fuisset mater eius, si nihil accepisset ab ea.

Improbatur etiam communiter secundo, quia hoc derogat veritati humanitatis Christi. Nam cum humanitas sit quędam forma, vel quędam natura requirens determinatam materiam, si corpus Christi formaretur ex materia alterius generis ab illa materia, de qua formatur corpus alterius hominis, non fuisset eiusdem speciei cum alijs hominibus: propter quod sequeretur illud absurdum & inconueniens, quòd esset æquiuocè homo. Vna ergo istarum rationum communium videtur inniti causę materiali, quia Christus materiam sui corporis accepit ex Virgine; secunda videtur inniti causę formali, quia idem est forma, & species, vnde August. 83. quęstionum quęst. de ideis ait, quòd *Ideas Latine possumus, vel formas, vel species appellare, vt verbum de verbo transferre videamur.* Sicut ergo prima ratio se fundat super causa materiali, quia naturam accepit filius à matre; hæc ratio ita arguens de identitate speciei, se fundat super causa formali, quia species,

Duplex modus dicendi.

Hæreticum est asserere Christum habuisse corpus cęleste

Galat. 4.

Si corpus Christi esset ex materia alterius generis ab ea de qua sunt alij homines: esset alterius speciei ab illis: & esset homo æqui uocè.

D.P. Aug. tom. 4.

species, vt patet, est idem, quod forma. **A** Nihil enim est in specie, nisi per formam.

Quomodo materia speciat ad speciem.

Et si materia pertinet ad speciem, hoc est solum, vt comparatur ad formam.

Possumus autem & nos assignare tertiam rationem sumptam ex causa finali, quæ est causa causarum, & propter quid omnium causarum, concludens demonstratiuè definitiones datas, secundum omnigenus causæ. Nam si de natura celestis fuisset corpus Christi, fuisset impassibile, & immortale, non ergo nos redemisset Christus per mortem, & passionem suam, quæ redemptio respectu nostri fuit finis natiuitatis, & incarnationis eius, iuxta illud: *Nihil nasci proderat, nisi redimi profuisset.*

Hic error aliquorum.

Assignant autem scripta communia circa hanc materiam alium errorem, quod caro Christi prout in parentibus erat, infecta non fuerit: id autem sic declarant, quia peccante Adam, Deus conseruauit in ipso Adam aliquid incorruptum, & non infectum; quo natura humana saluari posset. Et hoc idem, vt aiunt, transfusum est vsq; ad B. Virginem, & ex eo non infecto formatum est corpus Christi; sed istud non est intelligibile, quia non fuit in parentibus signare aliquam partem determinatam, de qua fuerit formatum corpus Christi, vt etiam communiter tenetur, & vt infra disputabitur. Est etiam hoc non intelligibile, quia non accipit filius ex parentibus aliquam determinatam partem, sed totus filius est à patre secundum rationem seminalem, siuè secundum formam, & totus est à matre secundum materiam: & ideo vult Philosoph. quod filius habeat animam à patre, & corpus à matre. Habet autem filius animam à patre, etiam naturaliter, licet non essentialiter, quia vt dicitur aliquid esse naturaliter ab aliquo, satis est quod naturaliter sufficenter disponat ad illud, licet. n. anima rationalis essentialiter sit à Deo, quia à Deo habet essentiam per creationem, tamen potest dici naturaliter à patre, non quod naturam habeat à patre, sed naturaliter dicitur esse à patre, quia virtus in semine patris etiam sufficienter disponit ad introductionem animæ. Propter quod generatio hominis non est miraculosa, sed naturalis, nõ est enim miraculum, si corpore sufficienter disposito

Præfatus error refellitur.

Habet filius animam à patre naturaliter dispositiue.

Aegid. super iij. Sent.

ad animam rationalem, Deus creando infundit ibi animam, & infundendo creat, sed potius esset miraculum, si corpore sic disposito, Deus ibi animam non infunderet, vel crearet. Nam ponentes datorem formarum, non dicebant, generationem rerum esse miraculosas, sed naturales: ponebant enim naturam sufficienter disponere materiam vsque ad susceptionem formæ, postea dator formarum inducebat ibi formam, secundum dispositionem illam. & quod ipsi dicebant de omnibus formis, hoc dicimus de sola anima intellectiua, vt ex hoc motus, dicat Philos. in 16. de animal. quod *solum intellectus est ab extra*, id est, quod aliqui dicebant de omnibus formis, hoc dicendum de sola anima intellectiua.

The corpus sufficienter dispositum, si Deus non infunderet animam, esset miraculum.

Datores formarum.

Arist. lib 16 de animal.

Verum, quia tantus error non debet transire non reprobatus.

Possumus hoc tripliciter improbare. primo ex parte animæ, in qua est peccatum formaliter. Secundo ex parte carnis, in qua est peccatum originaliter. Tertio ex parte ipsius coniuncti, siuè ipsius hominis in quo est peccatum absolute, & simpliciter.

Error prædictus improbat tripliciter, scilicet ex parte animæ, carnis, & totius coniuncti.

Prima via sic patet. Nam cum in anima habeat esse culpa formaliter, eo modo quo in culpa potest esse aliquid vt forma, quia carentia formæ est ibi vt forma, dicente Aug. in 12. de ciu. Dei. c. 7. *peccatum non habere causam efficientem, sed deficientem*: cum ergo ipsa mens, siuè ipsa anima rationalis, non habeat quantitatiuè partem, & partem, si corrupta est, tota dici debet corrupta. Nec etiam hoc dici debet ex parte carnis. nam originaliter carnem trahimus à parentibus nostris, & hoc modo contrahimus peccatum originale.

In culpa, carentia formæ, dicitur forma. Tom. 5

D Dicere ergo aliquam partem carnis non esse corruptam in peccatore, est dicere illam partem carnis non esse perfectam, per animam peccatricem, quod est inconueniens, dicente Aug. 6. de Trin. cap. 7. de anima rationali, quod est tota in toto, &c. hoc ergo modo loquitur Isai. de peccatore, vel de genere humano, vt est subditum peccato. *Omne caput languidum, & omne cor mærens à planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas.* In Adam ergo vt erat peccator, nihil erat sanum, & incorruptum, sed à planta pedis vsque ad verticem non fuit in eo sanitas.

Tom. 3

Isa. c. i.

M Ter.

Tertio quidem possumus hoc improbare ex parte coniuncti, siue ex parte ipsius hominis. Nam forma, siue anima non agit, nec materia, siue corpus patitur: sed totum compositum agit per formam, & patitur per materiam: Forma ergo est ratio agendi, sed non est illud cui attribuitur actio, & materia est ratio patiendi, non autem est illud, cui attribuitur passio, sed ipsi composito, vel ipsi homini hæc attribuitur, & ad hoc spectare videntur verba Philof. in 1. de anima. quod *anima non intelligit, sed homo per animam*, & inde est, quod post resurrectionem, quando homo erit in anima, & corpore, totus homo cruciabitur, & totus affligetur: Aduertendum autem, quod scripta communia, improbant aliter hunc errorem, sed de hoc non est curandum, quia fatis est improbatum: Afferendum est ergo carnem Christi fuisse peccato infectam in antiquis Patribus modo, quo supra expositum est.

Anima non intelligit, sed homo per animam.

Dub. I. Litteralis.

Quonam modo caro Christi in antiquis Patribus infecta nuncupetur.



ALTERIVS autem amotis erroribus, dubitandum est de ipsa veritate, quomodo caro Christi fuerit infecta in antiquis Patribus, vel etiam in proxima parente, ut in ipsa Virgine.

RESOLVTIO.

Sicut antiqui Patres quadruplici infectione, & B. Virgo duplici, inficiebantur: ita in ipsis infecta dicebatur caro Christi.

Quomodo caro Christi secundum Magist. aliquo modo infecta dici poterat.

Infectio qua duplex.

Quod patet solutio, quia eo modo, quo antiqui Patres secundum se totos erant infecti, & etiam secundum quod ipsa Virgo secundum se totam erat infecta, ipsa caro Christi, ut erat in ea, sicuti ipse Magister tradit in littera, infecta dici poterat. Possumus autem distinguere quatuor infectiones habentes per ordinem, quæ fuerunt in omnibus hominibus, excepta Virgine, & ex-

cepto ipso Christo, in ipsa etiam Virgine fuerunt duæ de illis infectionibus. In ipso autem Christo nostro capite, & nostro Redemptore, nulla omnino fuit peccati infectio, sed fuit *Pontifex sanctus, impollutus, à peccatoribus segregatus*. Prima ergo infectio nostra fuit noxa originalis. Secunda fuit, & est habitualis concupiscentia. Tertia est mentalis pugna. Quarta est actualis culpa.

Prima est originalis noxa. Nam peccante Adam omnes peccauimus in ipso, iuxta illud ad Rom. 5. *In quo omnes peccauerunt, & omnes nascimur natura*, id est naturali origine, *filij iræ*, ut unusquisque, solo Christo excepto, dicere possit illud Psal. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*.

Secunda infectio est habitualis concupiscentia, quæ oritur ex ista prima: nam propter originalem noxam quilibet habet saltem habitualement inclinationem ad malum, quod essentialiter potest dici fomes peccati, de quo potest intelligi illud Genes. cap. 8. *Sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua*, ideo dicitur ad Galat. cap. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, &c.* & ibidem dicitur. *Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* & ibidem subditur. *Si uiuimus spiritu, & spiritu ambulemus*; sicut ergo clauis tenent fixum hominem, ne possit se ad aliquid inclinare, sic membra passionis Christi, & instrumenta clauorum passionis debent nos tenere fixos, vel crucifixos, ut non inclinemur ad malum, quantumcunque ex carne, quæ aduersatur spiritui, pronitatem habeamus ad illud.

Tertia infectio nostra est mentalis pugna, de qua dicitur ad Rom. 7. *video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*. Vita ergo hominis super terram non est nisi quædam militia, & pugna.

Quarta infectio nostra est actualis culpa, quia non possumus istam pugnam effugere, sine aliquo actuali peccato: propter quod cum dicit Apost. *Video autem aliam legem in membris &c.* subdit, *& captiuum me ducentem in lege peccati*, quia sine peccato non possumus hoc euitare, saltem veniali; si tamen viriliter pugnamus contra

Heb. c. 7
Prima infectio nostra originalis
Secunda habitualis concupiscentia
Tertia mentalis pugna
Quarta actualis culpa

Rom. c. 5

Psal. 50

Gen. c. 8

Galat. c.

Preletra e hortario.

Rom. c. 7

1. Iac. c. 1.

tra istas tentationes, est ibi de merito plus quam de peccato, ita ut dicat Iac. in princ. Canonicae suae, *omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* Quilibet ergo homo subiectus est his quatuor infectionibus, excepta Virgine. ipsa autem Virgo fuit subiecta duabus istarum infectionum, scilicet originali noxae, & habituali concupiscentiae. Verum est tamen, quod per primam sanctificationem, quam habuit in vtero, fuit sanctificata ab originali noxa, ut habet rationem culpae, sed non fuit ex hoc purgata ab habituali concupiscentia. Fuit enim in ea fomes, vel habitualis concupiscentia, etiam post primam sanctificationem, sed huiusmodi fomes, vel huiusmodi habitus concupiscentiae in prima sanctificatione fuit ligatus, ut non posset exire in actum: Si vero propter has duas infectiones, scilicet originalem noxam, & fomitem, siue habituales concupiscentiam vellet aliquis in Virgine asserere, alias duas infectiones, videlicet mentalem pugnam, vel actualem culpam, id debemus omnino à Virgine negare; & ideo quantum ad has duas infectiones debet intelligi illud dictum D. P. Augustini, quod habetur in littera, *cum agitur de peccatis* &c. ergo has duas infectiones, primam scilicet originalem noxam, etiam ut culpa est, ante primam sanctificationem, secundam vero infectionem, fomitem scilicet, habuit etiam post primam sanctificationem, quia prima sanctificatio fomitem, siue habituales concupiscentiam ligavit; sed non extirpavit, inhabilem enim reddidit, ut non posset exire in actum, sed non omnino consumpsit. Igitur B. Virgo non vidit, id est non sensit aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis, quia nulla fuit in ea huiusmodi pugna. Erat enim in ea fomes, vel habitus concupiscentiae ligatus, ut non posset exire in actum pugnandi contra mentem, ideo non fuit in ea tertia infectio, quae est mentalis pugna. Nec fuit in ea quarta infectio, quae est captivatio in peccatum: ideo patet quomodo verificatur dictum Augustini, quod habetur in littera. *Hac ergo Virgine excepta, si omnes Sancti Dei congregari possent*, &c. ergo ante se-

Aegid. super iij. Sent.

D. P. Aug.
tom. 7.

A cundam sanctificationem habuit B. Virgo primas duas infectiones; sed in secunda sanctificatione fuit omnino purgata, & mundata, & fomes prius ligatus, tunc fuit penitus extirpatus, ut posset Dei Filius dicere de ea illud Cantic. 4. *Tota pulchra, es amica mea, & macula non est in te*, ergo de Virgine sic purgata, & immaculata Christus assumpsit carnem.

Cant. c. 4.

In ipso igitur Articulo querebatur, Vtrum caro Christi fuerit infecta peccato in antiquis Patribus: & patet, quod sic. haec autem adiecta dubitatio ulterius inquirat, quomodo praefata caro infecta fuit in antiquis Patribus, patet autem, quod fuit ibi infecta, sicut & alia caro ipsorum infecta erat, quadruplici nimirum infectione, ex quibus etiam patere potest, quomodo fuit infecta in B. Virgine. Nam in ea fuit considerare triplex tempus, unum ante omnem sanctificationem, secundum post sanctificationem primam. Tertium post sanctificationem secundam. Sicut ergo caro Christi in antiquis patribus fuit infecta, sicut erat infecta caro illorum parentum; sic in Virgine fuit infecta, sicut fuit infecta reliqua caro Virginis, quod plane Magister testatur in littera. Nam ante primam sanctificationem fuit infecta Virgo, quantum ad originalem noxam, & quantum ad habituales concupiscentiam, sed post primam sanctificationem fuit infecta solum quantum ad peccati fomitem, licet esset omnino ligatus per sanctificationem primam, ac proinde non posset exire in actum; sed post secundam sanctificationem, quando fomes non solum fuit ligatus, sed extinctus, fuit Virgo omnino purgata, & immaculata, & ab ea sic purgata, & immuni ab omni peccato, & macula, fuit caro Christi ex purissimis sanguinibus eius, virtute Spiritus Sancti concepta, & fuit in eodem instanti Christus in vtero Virginis Verbum caro, id est Verbum homo, perfectus Deus, & perfectus homo, innocens, sanctus, & secundum quod homo, etiam à peccatoribus segregatus.

Dub. II. Lateralis.

Vtrum caro Christi fuerit in antiquis Patribus, vel in B. Virgine ante eiusdem Christi conceptionem, secundum aliquid determinatum, & demonstrabile. Conclusio est negativa.

D. Tho. 3. p. q. 31. art. 6. Media. Caiet. Siluius ibidem.



VLTERIVS fortè dubitaret aliquis. Vtrum caro Christi fuerit in antiquis Patribus, vel in B. Virgine ante eius conceptionem, secundum aliquid determinatum, & demonstrabile.

D.P. Aug. tom. 3.

Et videtur, quòd sic. Nam secundum August. super Gen. *Caro Christi fuit in Abraham secundum corpulentam substantiam, sed corpulenta substantia dicit aliquid determinatum, & demonstrabile: ergo &c.*

Præterea. In formatione carnis Christi est duo considerare, principium actiuum, quod fuit Spiritus Sanctus, & materia, de qua formata est illa caro, sed quantum ad principium actiuum, siue ad rationem feminalem, non fuit Christus in Abraham, quia non virili semine, sed virtute Spiritus Sancti concepta est eius caro: Si ergo non fuisset ibi huiusmodi caro, secundum naturam, vt est quid sensibile, & quid demonstrabile, nullo modo fuisset Christus de stirpe Abraham, quod est inconueniens.

Præterea. Si illa materia determinata, de qua formata est caro Christi, non fuit in Adam, hoc non potuit esse, nisi quia ex alimento sumpta est talis caro: Alimentum autem est quoddam extraneum à natura humana; hoc ergo posito, caro Christi non esset naturæ humanæ, vel non esset de natura humana, quod est hereticum dicere.

Præterea. Maior est conuenientia, quæ est secundum identitatem rerum, quàm quæ est secundum proportionem principij ad principiatum: si ergo materia carnis Christi fuisset ex superfluo alimenti, magis conuenisset illa caro cū hœdo, vel

A cum agno, vel cum alio cibo, de quo sumpta esset materia illius carnis, quàm cum Abraham, vel cum Adam, à quorum quolibet, tãquam ab originali principio sumoriginem, quod videtur inconueniens: ergo.

IN CONTRARIVM est, quia nõ aliter fuit Christus in antiquis patribus, quàm fuerint alij homines, descendentes ab eis, sed semen decisum non est aliqua pars determinata ipsorum parentum, sed est superfluum alimenti: ergo &c.

Præterea. In omni generatione naturali, agens vniocam inducit formam suam in materiam, quæ prius tali formæ subiecta non erat, vt ignis inducit formam suam in materiam aeris, quæ materia aeris, prius tali formæ subiecta non erat: si ergo aliqua determinata, vel demonstrata portio fuisset in Adam, de qua fuisset formata caro Christi, semper illa materia fuisset subiecta formæ humanæ, vel naturæ humanæ, quem modum generationis non videmus in aliqua generatione naturali; Virgo ergo non fuisset naturalis Mater Christi. quod est inconueniens.

RESOLVTIO.

Christi caro ante conceptionem fuit in B. Virgine per aliquod determinatum materialiter tantum, quia ex eius purissimis sanguinibus fuit formata: in antiquis autem Patribus nequaquam: sed tantum per corpulentam substantiam ratione Matris, quæ per virtutem feminalem descendit ab illis.

RESPONDEO dicendum, quòd vt diffusius diximus in 2. sent. Magister fuit extraneæ opinionis in hac materia: ^{Opinio Magistri.} voluit enim, quòd nihil alimenti conuerteretur in veritatem humanæ naturæ, sed ipsa materia subiecta tali formæ, vel tali naturæ multiplicabatur in seipsa, vt posset ex ea generatio fieri continua hominum, secundum quem modum tota materia nostra, de qua facti sumus fuit in Adam, quæ absque aliqua conuersione alimenti multiplicata est in seipsa, vt inde facta sit tanta generatio hominum. Mouebatur enim Magister ex verbis Domini dicentis: *omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & per secessum emittitur.* Cum ergo totum alimentum in os intrat,

Motuum Magistri. Matth. c. 15

intrat, totum in ventrem ibit, & totum per secessum emittetur, vt nihil de alimēto conuertatur in hominem alitum. Ad quod respondent quidam, quòd omne quod in os intrat, idest de omni, aliquid, quia semper de omni cibo potest aliquid conuerti in naturam humanam, & inde aliquid eijcitur per secessum: sed non saluare verba Christi, *in quo fuerunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei absconditi*; etiam vt sonant, cum hoc facere possumus, est inconueniens.

Responso aliorum.

Colos. c. 2.

Responso Authoris.

Dicemus ergo, Christum velle probare, illud, quod intrat in os, non coinquinare hominem, sed illud quod exit de ore, idest, illud quod os loquitur, quia ex abundantia, & plenitudine cordis os loquitur, quod cor malorum est plenum iniquitate, & malitia. Tales ergo iniquitates cuiusmodi sunt homicidia, furta, &c. talia, quæ ex plenitudine cordis os loquitur, & ex eruptione, sunt illa, quæ coinquinant hominem. Quantum autem ad coinquinationem cibi, omne, idest, totum illud, quod in os mittitur, totum in ventrem vadit, & totum per secessum emittitur. Sed dices: Non ergo nutritur homo ex cibo? Dicemus, quod sic, sed non ex eo, quòd est ibi coinquinatum, sed ex eo, quod est ibi purum, & conuertibile in membra, vel si aliter fiat, hoc erit ex defectu virtutis digestiua. Possunt ergo saluari verba Christi, etiam vt sonant, quantum ad iniquationem cibi, quod in os mittitur.

Obiectio. Solutio.

Aliud motuum Magistri. Tom. 3.

Poterat etiam Magister mouere ex verbis Augustini 10. super Genes. volentis Christum fuisse ex Abraham, secundum corpulentam substantiam: sed hoc non poterat esse, si ex superfluo alimenti in Virgine fuisset formata caro Christi. Verum opinio Magistri est multum extranea, & contra id, quod naturaliter videmus, & aliàs improbauimus esse sufficienter: Ad verba autem Augustini respondetur suo loco. Ad verba verò Domini iam responsum est.

Opinio Authoris.

Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quòd si volumus videre, si aliquid certum, & determinatum fuerit in parentibus, vel in parente Christi, de qua formata est caro Christi, poterimus distinguere duo genera parentū, proximos, Acgid. super iij. Sent.

A & longinquos. Videndum est ergo ad generationem aliorum hominum, quomodo se habent parentes proximi, & quomodo longinqui, & per ea, quæ videmus in alijs hominibus, saluatis his, quæ fides, & Ecclesia tenet de Christo: poterimus descendere ad ea, quæ dicenda sunt de generatione Christi.

Parentes proximi, & longinqui

Sciendum ergo, quòd proximi parentes cuiuscunque hominis alij à Christo, sunt masculus, & foemina, pater, & mater. Possumus autem dare sex differentias inter illud, quod exhibet mater in generatione prolis, & illud quod dat pater, vt prima differentia sit, quia dat mater illud, quod est passiuum: pater autem dat id, quod est actiuum, vel id quod est principium motus, vt patet per Philos. 15. de animalib.

Differentia patris, & matris in generatione prolis.

Arist. lib. 15 de anima.

Secunda differentia est, quia id, quod dat mater ad generationem necessarium, est sanguis: id quod dat pater est semen, & quia sanguis est vltimus cibus membrorum, in habentibus sanguinem, in non habentibus est aliquid proportionale sanguini, vt dicitur in 12. & 15. de animalib. *quia ex eisdem nutrimur, & sumus*, vt dicitur lib. 2. de generatione, quia ex eo fuerunt, & sunt membra, ex quo nutriuntur; ideo sanguis est omnia membra fieri.

Arist. lib. 2. de gen.

Ex hoc autem sumi potest tertia differentia inter illud quod dat pater, & mater, quia sicut sanguis est omnia membra fieri, ita semen est omnia membra facere; Mater ergo, quia dat sanguinem, dat omnia membra fieri. Pater vero, quia dat semen, dat omnia membra facere.

Quarta differentia sumi poterit, quia id quod dat pater dicitur decidi ex lumbis eius, non autem id quod dat mater: cuius ratio est, quia, cum pater det semen, & semen decidatur de lumbis eius, ideo id, quod dat pater, necessarium est in generatione esse decidum de lumbis eius; sed quia mater dat sanguinem, ideo id, quod dat, non dicitur de lumbis eius esse decidum. Est enim diligenter notandum, quòd tam in matre, quam in patre, siuè tam in foemina, quam in masculo, est sanguis, & sperma, siuè semen, licet in foemina sit sperma, vel semen incompletum, non necessarium ad generationem, quia

sine tali semine, vel spermate potest fieri generatio prolis, vt supra probabatur per Auerroem in suo Colliget. & per Philosophum in 15. de animalib. in Patre autem, & in masculo est è conuersò, quia non est necessarius sanguis eius ad generationem, sed semen eius.

Auer. in suo
Colliget.
Arist. lib. 15
de animal.

Obiectio.
Responsio.

Sed dices immediatè, semen fit ex sanguine. Respondebimus, quòd sic, quia semen est superfluum vltimi nutrimenti, quod est sanguis, nam secundum Philosophum: *Multum coeuntes emittunt sanguinem, quasi semen indigestum*, tamen ex parte masculi sanguis, necessarius ad generationem, est conuersus in semen, quod se habet ad generationem, vt quid actiuum, & vt omnia membra facere.

Multum coeuntes emittit sanguinem.

Quinta differentia est, quia mater dat corpus, pater dat animam, non essentialiter, quia hoc modo est à solo Deo, sed dispositiuè loquendo de hominibus, quia semen patris disponit sufficienter ad animam rationalem; sed in alijs ab homine, in ijs, quæ generantur, non ex putrefactione, sed ex commixtione masculi, & foeminae, simpliciter concedendum est, quòd mater dat corpus, pater verò animam etiam essentialiter. Tenendum est etiam cum veritate, & in hac parte cum Philosopho in 16. de animalib. quòd solus intellectus, idest anima intellectiua, est ab extra essentialiter loquendo, quia dispositiuè est à virtute, quæ est in semine patris.

Mater dat corpus, pater dat animam dispositiuè in hominibus.

Arist. lib. 16
de animal.

Sexta differentia est, quia ex eo, quod dat pater, idest ex anima, & ex eo, quod dat mater, idest ex corpore, fit vna essentia composita, hoc tamen erit aliter, & aliter, nam ex eo, quod dat pater, fit illa essentia formaliter, ex eo verò, quod dat mater, fit materialiter. Sunt autem hæc sex differentia inter id, quod dat pater, & mater, si hæc referantur ad generationem prolis: sed si referantur ad ipsos parentes proximos, possumus dicere, quòd conueniunt, quia tam quod dat pater, quàm quod dat mater est superfluum alimenti, & est superfluum vltimæ digestionis, vt potest patere per Philosophum 15. de animal. Per hæc autem potest patere solutio ad quæstionem propositam, quantum ad vnam partem, videlicet quantum ad matrem proximam. Nam hoc modo

Arist. lib. 15
de animal.

A est dare aliquid demonstrabile, & determinatum quod fuit in parente proxima, vt quantum ad carnem Christi in Virgine, & quantum ad alios in sua proxima matre. Nam demonstrata carne Christi determinata, & sensibili, dici potest, quòd illa tota caro sic determinata, & demonstrata fuit materialiter in Virgine, & fuit formata de purissimis sanguinibus Virginis. Et quod dictum est de Christo respectu matris suæ, dici potest de qualibet alia prole, respectu matris suæ.

B Expedita igitur quæstione proposita, quantum ad vnam partem, vt quantum ad matrem proximam, quia cum mater det materiam, & quid passiuum, & id, quod est omnia membra fieri, pater autem det formam, & quid actiuum, & det id, quod est omnia membra facere, secundum has differentias, & alias superius assignatas, possumus dicere, quòd determinatè omnia membra cuiuscunque pueri, fiunt materialiter in matre, & fuerunt formata ex sanguinibus determinatis, & proprijs ipsius matris.

C Sed quid dicemus de parentibus, longinquis, & primis, vt putà de Adam, & Eva, vel de Abraham, & Sara? Vtrum caro Christi fuerit ibi secundum aliquid determinatum, vel demonstrabile, sed originaliter effectiuè, & virtualiter totum fuit in Adam, quantum ad homines alios à Christo; quo viso, ex modo, quo fuerunt alij homines in Adam, poterimus descendere ad modum, quo fuit ibi Christus; & si sciuerimus, quomodo Christus fuit in Adam, scire poterimus, quomodo fuit in Abraham, vel in alijs longinquis parentibus, à quibus descendit. Nam quomodo fuerit in Virgine proxima eius matre, declaratum est per iam dicta.

De parentibus longinquis.

D Sciendum est itaque, quòd prout communia scripta narrant ad generationem prolis, loquendo de hominibus alijs, duo concurrunt. Primum est principium actiuum, quod est in semine, & dicitur ratio seminalis, quod semen dat pater. Secundum est materia, ex qua formatur corpus, quam administrat mater. Vtrumque autem horum, vt communiter dicitur, originaliter reducit ad patrem, siuè ad Adam primum parentem. Nam quòd in patre isto proximo fit virtus actiua ad

Opinio aliorum. Duo coeuntes ad primum generationem.

Tam principium actiuum quam passiuum generationis originaliter ducitur ad Adam.

producendam prolem; vel quòd in femine A eius sit huiusmodi virtus habuit à suo patre, & ille pater ab alio patre, donec perveniatur ad Adam, à quo habuerunt omnes hanc virtutem actiuam, vt possent secundum rationem feminalem filios generare. Et quod dictum est de ratione seminali, veritatem habet de principio materiali, siuè de materia, quam administrat mater: nam oportet materiam, illam esse preparatam, propriam, & determinatam ad generationem prolis. Hoc autem non fit, nisi per virtutem generatiuam, quæ est in patre, vel in femine B patris. Nam sicut carpentarius dolat lignum, & agit in ipsum, sic virtus patris, vel virtus, quæ est in femine patris, transfert materiam, vel sanguinem, quem administrat mater, vt inde fiat caro, & vt organizetur caro illa, vt huiusmodi materia pertineat ad materiam humanam, illa enim materia non disponitur, vt sit sub forma humana, vel sub natura humana, nisi per virtutem actiuam, quæ est in patre, vel in eius femine, vt totum, videlicet tam ratio seminalis, quàm etiam ipsa materia, vt pertinet ad naturam humanam, originaliter reducatur ad patrem, & tanquam ad primam causam naturalem, vel naturaliter agentem, ad primum patrem, videlicet ad Adam; secundum quem modum possumus descendere ad ipsum Christum, per quem modum fuerint in Adam, vel in Abraham, quia non fuit ibi secundum rationem feminalem, secundum quem modum est proles in virili femine, sed solum secundum materiam, & corpulentam substantiam, quam habet proles, modo, quo dictum est originaliter, vel originaliter, & primordialiter ab Adam.

Sed istud est insufficienter dictum; quia videtur, quòd aliter sint filij ab Adam, qui generati fuerunt ex Eua, quàm qui generantur quotidie ex alijs foeminis. Dicemus ergo, quòd filij Adæ, qui processerunt ab Eua fuerunt ab Adam materialiter vno modo, sed alij filij, qui processerunt, & procedunt ab alijs foeminis, sunt ab Adam etiam materialiter duobus modis. Nam cum Eua non processerit ab Adam secundum rationem feminalem, sed solum secundum obedientialem, quia

cum Deus immisit soporem in Adam, & tulit vnam de costis eius, & formauit inde Euam, hoc non factum fuit secundum rationem feminalem, sed secundum obedientialem: propter quod filij Adæ geniti ab Eua fuerunt ab Adam materialiter solum vno modo, scilicet modo, quo dictum est, quia virtus, quæ erat in femine Adæ, disposuit menstruum, vel materiam, quam administravit Eua, vt inde fieret homo, & vt pertineret illa materia ad naturam humanam: propter quod quantumcunque materiam illam ministraret Eua; tamen, vt illa materia pertinebat ad naturam humanam, hoc fuit ab Adam, vt etiam materialiter filij sic nati dicerentur esse ab Adam. Si autem filij Adæ geniti ab Eua, fuerunt materialiter ab Adam alio modo, vel secundo modo, hoc non fuit actiuè, & secundum rationem feminalem, prout hic loquimur, sed solum materialiter passiuè, prout de Adam materialiter passiuè facta fuit Eua, sed filij procedentes ab alijs mulieribus, quàm ab Eua, etiam actiuè materialiter, prout materia reducitur in causam efficientem, fuerunt dupliciter ab Adam: nam fuerunt ab eo materialiter modo, quo dictum est, prout virtus generatiua patris disponit materiam, quam administrat mater, vt sit in ea natura humana, & vt pertinet ad talem naturam, est originaliter ab Adam.

Secundò potest dici hoc esse etiam materialiter ab Adam, quia organizare foetum, siuè masculineum, siuè foemineum pertinet ad patrem, non ad matrem; & pertinebat ad Adam, & non ad Euam; ergo non solum disponendo materiam ad naturam humanam, deberent dici filij ab Adam materialiter, sed etiam organizando foetum, non solum masculineum, a quo sunt filij actiuè, & secundum rationem feminalem, sed etiam organizando foetum foemineum, à quo sunt filij materialiter, & secundum corpus, possunt dici filij etiam materialiter ab Adam. Cum ergo quæritur. Vtrum sit dare aliquid determinatum, & demonstrabile, vnde formetur caro pueri, patet quomodo hoc sit dare per comparisonem ad matrem proximam, ex cuius sanguinibus, tanquam ex materia formatur caro prolis, & formata.

Eua ab Adæ per rationem obedientialem.

applicatio superioris doctrine ad Questionem.

Virtus in semine patris transfert materiam, quæ præbet materiam generationi, vt fiat caro, & organizetur.

Refellitur opinio aliorum.

Opinio Auctoris.

Filij aliorum sunt ab Adæ materialiter duobus modis.

Caro Christi non fuit in Adam, neque in Abraham, secundum aliquid determinatum, sed secundum corpulentam substantiam, & materialitatem.

mata fuit materialiter caro Christi. Sed per comparationem ad parentes longinquos, ut ad Adam, vel ad Abraham. si volumus loqui de carne Christi, de qua est principalis quaestio, patet quoniam non fuit praefata caro, nec in Adam, nec in Abraham, secundum aliquod determinatum, & demonstrabile, quia id, quod dat pater in generatione, nunquam est pars foetus, sicut carpentarius non est pars arcae; potest tamen dici talis caro originaliter, & secundum materiam, & secundum corpulentam substantiam fuisse in Adam, vel in Abraham dupliciter, **B** primò, prout ad patrem spectat disporre materiam ad formam, & naturam humanam. Secundò, prout per virtutem, quae est in patre, vel in semine patris, organizatur, non solum sexus masculeus, cuius est producere formam, sed etiam foemineus, cuius est materiam praebere. Et per haec patet solutio ad dictum Augustini, dicentis, *Christum fuisse in Abraham secundum corpulentam substantiam*. Nam hoc non fuit, quod caro Christi esset ibi secundum aliquid determinatum, & demonstrabile, sed prout descendenti- **C** bus ab Abraham virtute seminis eius, organizabatur non solum sexus masculeus, cuius est inducere formam, sed etiam foemineus, cuius est praebere materiam, & corpulentam substantiam, secundum quem modum non solum Christus fuit in Abraham secundum corpulentam substantiam, sed etiam fuit in Adam.

His transcursis, restat soluere argumenta proposita in primo, & tertio quaesito, quia in secundo non fuit propositum vllum argumentum.

RESP. AD ARGUMENTA Articuli.

Ad primum ergo, cum arguitur, quod Christus habuit corpus coeleste, patet esse falsum, si intelligatur ad litteram, secundum quem modum intelligendi, non solum huiusmodi dictum est falsum, sed etiam error. Ad formam autem arguendi, cum dicitur, Christum venisse de caelo, non est hoc intelligendum materialiter, quod anima eius, quae non habet

materiam, fuerit materialiter de caelo, vel caro eius materialiter fuerit de materia tali, cum caro illa fuerit passibilis, & caelum sit impassibile: Dicitur ergo de caelo venisse, non quantum ad naturam assumptam, sed quantum ad personam assumptam, quae venit de caelo, idest de altitudine Patris, qui est in caelo, & ubique, non locum mutando, sed naturam humanam assumendo, & hic in terris, inter nos visibiliter apparendo. Hoc etiam modo potest exponi auctoritas Pauli, quod *Christus fuit de caelo caelestis*, licet auctoritas illa possit habere alium intellectum, ut dicatur *Adam de terra terrenus*, quia per illud, quod acceperat, scilicet originalem iustitiam, non poterat proficere, nec mereri coelestem patriam. Dicitur autem *Christus de caelo caelestis*, quia per gratiam diuinam, quam accepimus a Christo, & ut membra Christi possumus proficere, & mereri coelestem patriam.

Ad secundum dicendum, quod Christus assumpsit primitias nostrae massae, non secundum identitatem rei, quod caro Christi habuit omnino modum, & conditionem primi status, sed dictum est, per quandam similitudinem, quia sic caro illius status, dum duravit status innocentiae, fuit sine infectione culpae. Sed per hoc non habetur, quod caro praefata non fuerit infecta, ut erat in antiquis patribus, sed solum, quod non erat sic infecta, ut actu assumpta a Christo.

Ad tertium, dum dicitur, quod caro nostra simul habuit vulnus, & medicinam vulneris: dicendum non esse hoc intelligendum ex parte nostra actiue, quod in natura nostra remanserit aliquid non infectum, per quod posset curari infectum, sicut remanet in animali cor sanum, per cuius sanitatem, potest sanari totum corpus; nam peccante Adam, tanta fuit infectio per illud peccatum, & natura nostra, per hoc sic infecta fuit, ut a planta pedis vsque ad verticem non fuerit in eo sanitas. Verba autem Augustini, & etiam Hugonis sic sunt intelligenda, quod semper fuit vulnus, quantum ad naturam nostram, quae propter peccatum Adae erat vulnerata in naturalibus, ut expoliata gratuitis, & semper fuit medici- **D**
na

Christus dicitur de caelo venisse, non quantum ad naturam assumptam, sed quantum ad personam assumptam.

1. Cor.

Caro illius est antiquis tribus, et a dicitur, ut actus Christi sumptus latens infecta dicitur.

Fuit in vulnere medicina quod pars non remansit, sed quod vulnere naturae infecta fuit, ac desinitur a toris dicitur Christi.

semper filius Mediatoris liberavit credentes.

Caro Christi nunquam fuit infecta ad actu fuit in ipso, sed dum fuit in antiquis patribus.

na vulneris, quantum ad Christum, vel quantum ad fidem Christi, quia nunquam fuit, quia fides Mediatoris, vel venturi, vel qui iam venit, non curaret, vel liberaret credentes.

Ad quartum dicendum, quod caro Christi actu existens caro Christi, nunquam fuit infecta, tamen prout praefata caro antequam esset actu caro Christi, potuit esse infecta in antiquis patribus, modo quo dictum est.

RESP. AD ARGUMENTA Dubitationis I I. Lateralis,

Solutis autem argumentis articuli primi, restat soluere argumenta huius secundi quaesiti lateralis, cum ergo arguitur per Augustinum Christum fuisse in Adam, vel in Abraham secundum corpulentam substantiam; Dicitur debet hoc fuisse tanquam in originali principio, vel effectiuo, non quantum ad Christum in se, sed quantum ad Beatam Virginem; de qua Christus accepit corpulentam substantiam: cum ergo Beata Virgo descenderit ab Abraham, & ab Adam per concubitum, & per rationem feminalem, sicut & aliae mulieres inde descendentes, dicitur, Christus fuisse tam in Abraham, quam in Adam, secundum corpulentam substantiam, propter Virginem, quae fuit ibi virtualiter, & secundum rationem feminalem, a qua Matre Christus accepit corpulentam substantiam.

Ad secundum dicendum, quod Christus fuit in Adam, & in Abraham materialiter, non quod quid determinate fuerit in Adam & in Abraham, de quo sumpta sit materia corporis Christi, sed hoc dictum est virtualiter, vel effectiuè, prout Beata Virgo descendit ab Adam, vel Abraham effectiuè, secundum rationem feminalem, de qua Christus accepit corpulentam substantiam.

Ad tertium dicendum, quod caro Christi materialiter facta est ex purissimis sanguinibus Virginis, sanguis autem non solum est ex alimentis, sed etiam ipse sanguis est quoddam alimentum, & quidam cibus membrorum, & ex eo nutriuntur, fiunt, & sunt membra omnia, secundum quem modum, ex purissimis sangui-

nibus Virginis, virtute Spiritus Sancti fuerunt facta, & nutrita omnia membra Christi. Ad formam autem arguendi, quod alimentum est extraneum a natura humana. Dicitur debet, quod alimentum in principio est extraneum a membris, & a natura humana, & est quid dissimile, sed in fine, quando est iam conuersum est simile naturae membrorum, & est illud, unde facta sunt membra ipsa.

Ad quartum dicendum, quod similitudo, & conuenientia potissime attendenda est, secundum formam, & speciem, non autem secundum materiam: propter quod si homo nutriatur ex hoedo, vel agno, vel ex alio cibo materiali, conueniet cum illo cibo, sed postquam ille cibus iam conuersus est in membra, & incipit esse membra, vel sub specie humana, magis conuenit cum quocunque homine, cum quo est eiusdem speciei. Vel possumus dicere, ut prius dicebatur, quod alimentum in principio conuenit plus cum illa re, de qua sumptum est, quam conueniat cum carne humana, vel cum homine, sed in fine, quando iam conuersum est in carnem humanam, & habet esse sub forma, vel sub specie humana, conuenit plus cum homine, quam cum re illa, unde sumptum est, siue illa res fuerit hoedus, siue frumentum, siue panis, siue alius cibus.

Alimentum extraneum ab ipsa substantia natura, dupliciter, vel in principio, vel in fine, & hoc secundo modo extraneum non asseritur.

Hoc idem ad quartum sit esse alimentum in principio dissimile, in fine simile alicui.

Christus dicitur fuisse in Adam secundum corpulentam substantiam propter B. Virginem, quae descendit ab Adam per virtutem feminalem.

Christus fuit in Adam, & Abraham materialiter, & in determinate, non determinate, ut expositum est.

Sanguis cibus membrorum.

ARTIC. II.

Utrum omnes, qui descenderunt ab Abraham fuerint in eo decimati. Conclusio est affirmatiua.



ECVNDQ quæritur de propagatione carnis Christi, quantum ad decimationem, tam quantum ad illos, qui fuerunt de stirpe Abraham, unde fuit ipse Christus, quam etiam quantum ad ipsum Christum.

Et videtur, quod nullus de stirpe Abraham fuerit decimatus in Abraham. Quia Augustinus 10. super Genesim, ubi istam materiã pertractat ait; quod id in Abraham carne

D. P. Aug. super Gen. c. 10.

carne decimabatur, quod curabatur, sed nullus in suo parente curatur, vel sanctificatur, sed in seipso, ergo &c.

Hugo de sacram.

Præterea. Decimæ, & oblationes se habebant tempore legis nouæ, siue tempore Euangelij, vt potest haberi ab Hugone 1. lib. de Sacram. par. 2. cap. 8. sed nullus circumciditur, vel baptizatur in patre, sed in seipso, vt curetur; & profit sibi ad salutem: ergo &c.

Præterea. Si aliquis de stirpe Abraham fuit decimatus in Abraham, hoc non potuit esse secundum se, sed secundum quandam obligationem, quia ex eo, quod descensus erat ab Abraham, obligabatur ad decimam persoluendam. Sed contra: Sacerdotes veteris legis non obligabantur ad decimam persoluendam, sed decimas à populo recipiebant: ergo &c.

Præterea. Si decimari non est ad decimas obligari, erit fortè à decimis absolui: sed nec hoc fuit; quia tunc omnes descendentes ab Abraham fuissent absoluti à solutione decimarum, per illam dationem decimæ, quam Abraham dedit Melchisedech: sed hoc non est verum, cum descendentes ab Abraham soluerent decimas: ergo &c.

Præterea. Si in Abraham fuerunt aliqui decimati, & illud decimari non fuit ad decimas obligari, nec à decimis absolui, vt ostensum est, non potest esse præfati dicti, nisi tertius modus intelligendi, vt etiam communiter dicitur, videlicet, quòd idem fuerit decimari, quòd in decima parte detrahi, sed hoc non potest esse, nisi rerum existentium in actu, vt tunc quis decimatur in decima parte frumenti, quando de frumvnto, quod actu habet, dat decimam partem, sed cum tunc filij Abraham non essent actu, nec essent actu frumenta, quæ postea habuerunt: ergo &c.

Heb. c. 7.

IN CONTRARIUM est, ad Hebræos 7. vbi dicitur de Leui, quòd *adhuc in lumbis patris erat, quando fuit decimatus per Abraham.* Dante ergo Abraham decimas Melchisedech, qui fuit Rex Salem, & Sacerdòs Dei altissimi, non solum ipse fuit decimatus, sed etiam Leui, & omnes alij, qui descenderunt ab Abraham per concubitum, & rationem feminalem, per illam dationem decimæ

(vt patet per Apostolum) fuerunt decimati.

Præterea. Augustinus 10. super Genes. istam quæstionem pertractans, planè asserit, quòd in illa datione decimæ, quam Abraham dedit Melchisedech, omnes fuerunt decimati, qui secundum rationem feminalem descenderunt ab Abraham. ergo &c.

Tom. 3

Dub. Lateralis.

B *Utrum Christus fuerit decimatus in Abraham. Conclusio est negativa.*

D. Thom. 3. p. q. 31. ar. 8. Caiet. Medina ibidem.



ALTERIVS forè dubitaret aliquis de ipso Christo, Utrum fuerit decimatus in Abraham.

Et videtur, quòd sic, quia Christus non habuit habitudinem ad ipsum, nisi mediante Virgine: sed B. Virgo fuit decimata in Abraham: ergo &c.

Præterea. Decimatio competit hominibus ratione peccati originalis; sed caro Christi in antiquis patribus fuit obnoxia peccato: ergo &c.

IN CONTRARIUM est Augustinus 10. super Gen. asserens Leui fuisse decimatum in Abraham, & non Christum: ergo &c.

Præterea, secundum eundem August. ibidem, omnes descendentes secundum rationem feminalem ab Abraham fuerunt decimati in ipso: sed Christus non descendit secundum rationem feminalem ab Abraham, nec ab Adam, nec ab aliquo homine, sed in formatione, vel cõpaginatione carnis Christi loco virilis feminis, fuit ibi virtus Spiritus Sancti: ergo &c.

RESOLVTIO.

Omnes descendentes ab Abraham in eo fuerunt decimati, non moraliter, neque sacra-

sacramentaliter, quia singuli personaliter tenentur ad actus virtutum moralium, & ad receptionem sacramentorum, sed figuratiue, & naturaliter, quia omnes descenderunt per rationem seminalem, & naturaliter serui Dei erant. Sacerdotes autem loco decimarum ad eleemosynas pauperibus erogandas tenebantur. Christus vero in Abraham non fuit decimatus, quia non descendit ab eo per virtutem seminalem, neque fuit figuratus in Abraham decimas soluentem, sed in Melchisedech eas recipientem.

A ham, non fuit decimatus, quia non fuit figuratiue decimarum dator, sed magis fuit figuratiue decimarum acceptor, non enim figurabatur in hoc per Abraham decimas dantem, sed magis per Melchisedech decimas accipientem. nec est hoc tanquam aliquid leue reputandum, sed tanquam aliquid magnum, & insigne accipiendum; cum David, per tot, & tanta tempora praecedens Christum, & Virginem matrem eius, prophetauerit de Christo, quod erat Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Et ideo in Scriptura sacra non narratur genealogia ipsius Melchisedech, nec assignatur ei pater, nec mater, non quod non habuerit patrem, & matrem, sicut alij homines, sed vt ex hoc posset figurare sacerdotium Christi in aeternum, qui in terris fuit sine patre, & in caelis sine matre. Et hoc modo figuratiue verificatur de Christo, quod esset Dei Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, quia sacerdotium Melchisedech habuit similitudinem cum sacerdotio Christi.

Cur Melchisedech a sacra Scriptura non assignatur pater, nec mater.

RESPONDEO dicendum, quod ista quaestio sumit originem ex eo, quod habetur ad Hebr. cap. 7. vbi sacerdotium Christi praefertur sacerdotio veteris legis, vel sacerdotio Aaron: Quia Leui, de cuius stirpe descendit Aaron, fuit sacerdos decimatus in Abraham, & non Christus. Immo, cum adhuc Leui non esset in lumbis Abrahæ, fuit decimatus in Abraham: Christus autem fuit in lumbis Abrahæ, non tamen illo modo, quo fuit Leui, quia Leui fuit in lumbis Abrahæ dupliciter, videlicet, secundum corpulentam substantiam, & secundum rationem seminalem: sed Christus non fuit in lumbis Abrahæ, nisi secundum corpulentam substantiam, non autem secundum rationem seminalem. Et quia soli descendentes ab Abraham secundum rationem seminalem fuerunt decimati in ipso, ideo omnes alij descendentes ab eo fuerunt in eodem decimati. Solus autem Christus non fuit ibi decimatus; quæ omnia patent per Augustin. 10. super Gen. Immo si bene volumus hanc materiam prosequi, dicemus, quod quilibet descendens ab Abraham secundum rationem seminalem, fuit in Abraham decimatus, idest per quandam figuratiue fuit decimarum dator. Abraham enim dans decimas Melchisedech, ostendit se seruum Dei, & figurabat, quod omnes descendentes ab eo, debebant esse serui Dei. Abraham ergo dans decimas, non figurabat Christum, sed Melchisedech recipiens huiusmodi decimas, figurabat Christum: Christus ergo per illam dationem decimarum, quam fecit Abra-

C um ergo quaeritur. Vtrum descendentes ab Abraham fuerint decimati in ipso, patet, quod omnes descendentes ab eo, quantum ad rationem seminalem fuerunt decimati in eo. Christus autem descendens ab ipso, non secundum rationem seminalem, sed secundum corpulentam substantiam, non fuit decimatus in ipso, nec figuratus in isto actu per Abraham, decimas dantem, sed, vt patet per habita, fuit figuratus in Melchisedech, ab Abraham decimas recipientem. Et sic patet solutio ad vtramque quaestionem. cum enim primo quaeritur, vtrum aliquis de stirpe Abrahæ fuerit decimatus in ipso, patet, quod non solum aliquis, vel alius, sed omnes de stirpe Abrahæ descendentes ab ipso secundum rationem seminalem, fuerunt in Abraham decimati, idest fuerunt per Abraham decimas dantem figurati. Solus autem Christus, qui non descendit ab Abraham secundum rationem seminalem, sed solum secundum corpulentam substantiam non fuit in Abraham decimatus, quia non fuit per Abraham decimas dantem, sed per Melchisedech decimas accipientem figuratus: sic ergo dicendum est ad vtramque quaestionem.

Psal. 102.

illi fuerunt decimati in Abraham, qui descendunt ab eo secundum rationem seminalem.

Solutio vtriusque quaestionis.

Quid sit decimatus.

Aduer-

Leui fuit sacerdos decimatus in Abraham.

D. P. Aug. tom. 3.

Ex solutio- ne decimarum Abrahæ ostendit se esse Dei seruum, & omnes suos descendentes.

Melchisedech figura Christi, quia recipiebat decimas: non Abraham, quia illas soluebat.

Decimari
quadrupliciter
sumitur.

Decimari
moraliter.

Decimarum
solutio
cur
ordinata.

An clerici
sint à deci-
marum so-
lutione ab-
soluti?

Clerici obli-
gantur ad
elargiendū
elemosy-
nam paupe-
ribus.

Decimarum
solutio
moraliter.

Baptismus,
in lege scri-
pta circumci-
sio, in lege
naturæ obla-
tio decima-
rum corre-
spondebat.

Aduertendum tamen, quòd per argu-
menta facta, vel pòssibilia fieri, dici de-
bet, quòd datio decimarum, quadruplici-
ter se habet, vel quatuor modis sumi po-
test. Primò, vt est quid morale; secundò,
vt est quid sacramentale; tertio, vt est
quid figuratiuum; quartò, vt est quid na-
turale. Est enim datio decimarum quid
morale, & quid pertinens ad virtutem,
quia cum omnia bona nostra recipiamus
à Deo, & omnes fructus terræ habeamus
ab ipso, ideo boni moris est, & actus vir-
tutis, vt in recognitionem huius, quòd
cum omnia bona nostra habeamus à
Deo, & omnes fructus terræ nostræ reco-
gnoscamus à Deo, aliquam partem fru-
ctuum terræ nostræ demus ipsi Deo. Ideo
ordinatæ sunt decimæ, & oblationes, tan-
quam pars debita Deo, & tanquam ali-
quid specialiter debitum Deo.

Sed quid dicemus de ipsis sacerdoti-
bus, & de ipsis clericis, accipientibus de-
cimas à populo, nunquid ipsi sunt à deci-
mis liberati, & absoluti? Dicitur potest,
quòd sicut colentes terram, de fructibus
terræ viuunt, & de ijs, de quibus viuunt,
tenentur aliquam partem, videlicet deci-
mam dare Deo; sic qui altari seruiunt,
decens est, vt de altari viuant. Et de
ijs, de quibus viuunt specialiter, obli-
gantur ad subueniendum pauperibus, &
ad elemosynas faciendum, vt hoc com-
putetur eis, quasi quædam datio decima-
rum, & quasi quædam recognitio serui-
tutis propriæ respectu Dei. Cum ergo
quilibet teneatur personaliter ad actus
morales, & ad opera virtutum, nullus
propriè hoc modo decimatur in alio, sed
quilibet obligatur, vt secundum hunc
modum decimetur personaliter in se-
ipso.

Secundo modo datio decimarum po-
test considerari, vt actus sacramentalis.
nam in lege noua actus sacramentalis, pro
originali peccato, est Baptismus, in lege
scripta erat circumcisio, in lege naturæ
erat datio oblationum, & decimarum,
vt potest haberi ab Hugone, vt supra di-
ximus, de Sacram. lib. 1. par. 12. cap. 8. si-
cut ergo non sufficit, quòd parentes sint
baptizati, sed oportet, quòd quilibet ba-
ptizetur in seipso, vt mundetur à macula
peccati originalis: vel si volumus loqui

A de macula peccati actualis, quæ deletur
per pœnitentiam, quæ est sacramentum
Ecclesiæ, non sufficit, quòd vnus pœni-
teat, vel conteratur per alium, sed oportet,
quòd quilibet conteratur, & pœni-
teat in seipso, vt satisfaciatur, vel absolua-
tur à suo peccato actuali, supposita con-
tritione, vel dolore in seipso: ita dice-
mus, quòd datione decimarum, vt est
actus moralis, quilibet decimatur in se-
ipso, vt autem datio decimarum est actus
sacramentalis, oportebat, quòd ille, pro
quo dabatur oblatio, vel dabatur decima
in lege naturæ, pro remedio peccati ori-
ginalis, esset iam actu natus, & quòd de-
terminatè pro illa persona daretur illa
oblatio, vel illa decima, pro remedio ta-
lis peccati. Sunt enim tales actus perso-
nales, vt determinatè respiciant perso-
nam hanc, vel illam.

Tertio modo potest considerari datio
decimarum, vt est actus figuratiuus, &
hoc modo vnus potest decimari in alio,
vel per alium, secundum quem modum
omnes descendentes de Abraham secun-
dum rationem feminalem, fuerunt deci-
mati, idest per decimationem figurati in
Abraham. Nam denarius potest hoc mo-
do dici numerus perfectus, quia numeri
non vadunt nisi ad decem, post decem,
autem est reduplicatio eius, quod acce-
ptum, vel sumptum est. Nam vndecim,
hoc est decem, & vnus, duodecim, decem
& duo, & sic de alijs. Abraham ergo re-
tinendo sibi nouem partes, & decimam
dando sacerdoti Dei Melchisedech, con-
fitebatur, se esse imperfectum, & sacerdo-
tem illum perfectum, & figurabat, omnes
descendentes ab ipso per concubitum, vel
per rationem feminalem, imperfectos esse,
vt hoc modo figuratiuè omnes sic descen-
dentes dicantur imperfecti, & dicantur
in illa decimatione hoc modo, ferè de-
cimati.

Quarto modo potest considerari datio
decimarum, prout generatio est opus natu-
ræ, vt hoc modo dicantur naturaliter
serui, qui sunt nati ex seruis, & sic hoc
potest habere instantiam in seruitute de-
bita homini, vbi partus sequitur ven-
trem, quia talis seruitus non potest esse
secundum animam, quia quilibet habe-
bat animam à Deo, iuxta illud Ezechiel.

Omnes

Baptizari
pœnitentia
& decimas
sunt actus
personales

Decimarum
figuratiuè.

Decimarum
nisi ex
& finis.

Decimas
naturaliter

Ezech. c. 18.

Omnes anima mea sunt, ut anima patris, ita anima filij, ideo talis seruitus potissimè attendenda est secundum corpus, & quia filius habet corpus à matre, ideo quantum ad seruitutem hoc modo veritatem habet, quod partus sequitur ventrem. Sed si loquamur de seruitute debita Deo, à quo habuimus animam, & corpus, & quicquid habemus, nullam instantiam habere potest, quin nati ex seruis Dei, sint serui Dei. Et si aliquis se auertit à Deo per voluntatem, & voluntariè se faciat seruum Diaboli, quia naturam non habet à Diabolo, sed a Deo, naturaliter non erit seruus Diaboli, sed seruus Dei. Hoc ergo modo potest verificari dictum Damasceni lib. 2. cap. 30.

Peccator est naturaliter seruus Dei, & contra naturam seruus Diaboli.

D. Damasc.

quod virtus est secundum naturam, quia facit subesse Deo, cuius es naturaliter seruus. Et vitium contra naturam, quia te facit subesse Diabolo, cuius es contra naturam seruus. Isto etiam modo, prout decimatio, & ratio est signum seruitutis, vnus potest decimari in alio, quia modo, quo dictum est, eo ipso, quod pater alicuius dando decimas cognoscit se Dei seruum, confitetur omnes nascituros ex eo, debere esse naturaliter seruos Dei. Si autem dicatur, quod omnes nascimur natura filij iræ, Dicemus, id non esse ex natura secundum se, sed ex deprauatione naturæ, quia Adam in se deprauatus genuit filios deprauatos.

Obiectio. Solutio.

RESP. AD ARGUMENTA
Articuli.

Ad primum dicendum, quod vt patet per habita, non loquimur de decimatione actuali, sed figuratiua. Propter quod Augustinus ibidem, vbi ait, quod caro decimabatur, & curabatur, dicit, quod ipsa decimatio ad præfigurandam medicinam pertinebat, sed vt patet, figuratiuè quilibet curandus, & quilibet imperfectus decimatus fuit in Abraham, quia fuit in illa decimatione figuratus.

Decimari dupliciter, vel actualiter, vel figuratiuè, hoc secundo modo omnes imperfecti decimati dicuntur in Adâ.

Decimatio vt est actus sacramentalis requirit personam vel datam, vel existentem, pro qua dabatur.

Ad secundum patet solutio per iam dicta, quia datio decimarum, vt est actus sacramentalis, & vt gerebat vices circumcisionis, & Baptismi, quia hoc modo erat actus personalis, sicut nullus circumciditur, vel baptizatur in alio, sic hoc modo, Aegid super iij. Sent.

A vt patet per habita, nullus decimatur in alio.

Ad tertium autem, quartum, & quintum. Vtrum sit idem decimari, quod ad decimas obligari, vel à decimis absolui, vel in decima parte decimari. Dicemus, quod decimatio, vt est cuiusdam naturalis seruitutis ostensio, in Abraham poterat dici ad decimas obligatio. Et cum arguitur in contrarium, quod Sacerdotes decimas non dabant, sed recipiebant; dici potest, quod in illa decimarum receptione obligabantur ad decimarum, vel aliquorum loco decimæ dationem, quia specialiter obligabantur ad subueniendum pauperibus, & indigentibus. In ipsa ergo decimarum acceptione obligabantur ad decimarum dationem, quia ex hoc specialiter obligabantur ad subueniendum indigentibus & pauperibus, quod in eis loco dationis decimæ poterat reputari.

Decimæ ab Abraham exhibitæ ex parte laicorum obligationem ad decimas figurari: ex parte sacerdotum suscipientium, adhuc obligatione designabant, nimirum ad subueniendum indigentibus & pauperibus ex illis.

RESP. AD ARGUMENTA
Dubitationis Lateralis.

Ad primum argumentum alterius dubitationis, quod Christus descendit à B. Virgine, quæ fuit decimata in Abraham, patet non esse simile, quod inducitur pro simili, quia aliter B. Virgo descendit ab Abraham, quia descendit per concubitum, & aliter Christus a B. Virgine, quia descendit sine concupiscentia, & ideo non obstante, quod B. Virgo fuit decimata in Abraham, quia descendit inde per concupiscentiam; Christus autem non; quia descendit inde sine concupiscentia.

Descendere ab aliquo dupliciter, vel per concubitum, & concupiscentiam, vel sine concubitu, & concupiscentia.

Ad secundum dicendum, quod caro Christi potuit esse peccato subiecta, dum erat in antiquis patribus, vel dum erat in Virgine Maria materialiter, seu habitualiter tantum, antequam esset actu caro Christi; sed postquam fuit actu caro Christi, nulli peccato fuit subiecta: quæ omnia in superioribus questionibus liquidò sunt patefacta.

Caro Christi potuit esse subiecta peccato, nõ vt erat in Christo actu; sed vt erat in antiquis patribus.

ARTIC. III.

*Vtrum sanctificari conueniat Christo .
Conclusio est affirmatiua .*



TERTIO quæritur de sanctificatione Christi .
Vtrum sanctificari conueniat Christo .

Et videtur, quòd non, quia vt dicitur ad Hebr. 7.

Heb. c. 7. *Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, qui non haberet necessitatem pro suis delictis offerre hostias. sed tali non competit sanctificari: ergo &c.*

Præterea . Primum mouens, secundum quod huius, est immobile; sed quantum ad sanctitatem Christus est primus, à quo omnes alij sunt sancti: ergo sicut primo motori non competit moueri, ita Christo non competit sanctificari. ergo &c.

Præterea . *Generationes sunt ex his, & in contraria, secundum Philosophum; sed in Christo non potuit esse aliquid contrarium sanctitati: ergo &c.*

Dan. c. 9. *Præterea. Daniel. 9. de Christo dicitur: Vngetur Sanctus Sanctorum: dictus est autem Sanctus Sanctorum, quia erat in eo omnis plenitudo sanctitatis: sed qui plenus est sanctitate non potest vltius sanctificari: ergo &c.*

IOAN. c. 10. *IN CONTRARIUM est, quia Ioan. 10. dicitur de Christo. Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum: ergo Christo competit sanctificari.*

Præterea, Christus dicitur vnctus: sed vnctio spiritualis non potest esse sine sanctificatione: ergo &c.

RESOLVTIO.

Christo non conuenit sanctificari augmentatiuè, continuatiuè, contrariè, vel priuatiuè; sed negatiuè, vt Deus, quia per vnionem factus est sanctus, homo Deus: & vt homo, quia Deus factus est sanctus homo.

RESPONDEO dicendum, quòd sanctificari idem est, quòd sanctum fieri, vel

A sanctificatus, idè est, quòd sanctus factus. Eo ergo modo potest dici Christus sanctificatus, quo potest dici factus, & specialiter quo potest dici factus homo, non potest autem dici de Christo, qui erat verus Deus, quòd fuerit factus simpliciter, sed quòd fuit factus homo, potest enim id concedi simpliciter, factum est, quòd Deus sit homo, & homo Deus. non enim debet propriè concedi, quòd homo sit factus Deus, quia non fuit prius homo, & postea Deus, sed simpliciter, & absolute concedi debet, quòd Deus factus sit homo, quia prius fuit Deus æternaliter, & postea factus est homo ex tempore. Factum enim semper videtur respicere aliquid temporale. Ideo Philof. negat cœlum esse factum, quia negat ipsum esse quid temporale, & asserit ipsum esse æternum. tamen, quia temporale, & ex tempore est, quòd Deus sit factus homo, quia non potest Deus esse factus homo, nisi etiam factum sit, quòd homo sit Deus: ideo, si ista non est propria: homo est factus Deus. ista tamen erit propria: factum est, quòd homo sit Deus. Propter quod Magister ait, talè fuisse illam vnionem, quòd Deus fecit hominem, & hominem Deum. Et secundum Damascenum propter illam vnionem facta est in Christo communicatio idiomatum, quia quæ sunt Dei, possunt attribui homini, & è conuersò. Cum ergo quæritur. Vtrū competat Christo sanctificari, sicut competit ei, quòd factus sit homo, quia non est factus homo peccator, sed homo sanctus: ita competit ei sanctificari, & quòd sit factus sanctus. Rursum, sicut verificatur factum esse, quòd ille homo sit Deus; sic verificatur factum esse, quòd ille homo sit sanctus, sed etiam quòd sit in summo sanctus; quia factum est, quòd ille homo sit Deus, in quo est summa sanctitas. Cum ergo quæritur, Vtrum Christo competat sanctificari, vel sanctum fieri; quia secundum Philof. quod fit non est, oportet dare tempus, in quo verum fuerit dicere de Christo, quòd non erat sanctus, & tempus, in quo verum fuit dicere, quòd erat factus.

B Non des simpliciter concedi: quod non sit factus Deus: bene, quod Deus sit factus homo. t. calt.

C Vnio facta est in Christo communicatio idiomatum, quia quæ sunt Dei, possunt attribui homini, & è conuersò. Cum ergo quæritur. Vtrū competat Christo sanctificari, sicut competit ei, quòd factus sit homo, quia non est factus homo peccator, sed homo sanctus: ita competit ei sanctificari, & quòd sit factus sanctus. Rursum, sicut verificatur factum esse, quòd ille homo sit Deus; sic verificatur factum esse, quòd ille homo sit sanctus, sed etiam quòd sit in summo sanctus; quia factum est, quòd ille homo sit Deus, in quo est summa sanctitas. Cum ergo quæritur, Vtrum Christo competat sanctificari, vel sanctum fieri; quia secundum Philof. quod fit non est, oportet dare tempus, in quo verum fuerit dicere de Christo, quòd non erat sanctus, & tempus, in quo verum fuit dicere, quòd erat factus.

D Dicemus ad quæstionem, Christo Domino cōpetere sanctificari sanctificatione increata, & creata. nā licet in aliquibus modis loquēdi possit assignari aliqua impro- prietas,

Non des simpliciter concedi: quod non sit factus Deus: bene, quod Deus sit factus homo.

t. calt.

Vnio facta est in Christo communicatio idiomatum, quia quæ sunt Dei, possunt attribui homini, & è conuersò.

4. phys.

Christus sanctificatus sanctificatione increata, creata.

prietas, in hoc tamen modo loquendi nulla improprietas assignari potest, videlicet, quòd talis, & tanta fuit illa vnio duarum naturarum, diuinæ scilicet, & humanæ, in vna, & eadē persona Christi, quòd Deum fecit hominem, prout in Christo natura diuina est coniūcta humanæ, & hominem fecit Deum, prout in eodem Christo, natura humana est coniūcta diuinæ: prout ergo ex illa vnione factum est, quod homo Christus sit Deus, Christo non cōpetit sanctificari secundum sanctificationem increatam, vel secundum naturam increatam, sed prout è conuerso factum est, quòd Dei Filius, verus Deus, factus est homo, Christo competit sanctificari, secundum sanctificationem creatam, vel secundum naturam creatam.

Aduertendum tamen propter argumenta, quòd communiter distinguuntur quinque modi sanctificationis, vt primò accipiatur sanctificatio, quātum ad augmentationem, vt cum de sancto fit magis sanctus, & hoc modo non competit Christo sanctificatio, quia nunquam factus est magis sanctus.

Quinque modi sanctificationis. Prima per augmentū.

Obiectio.

Sed quid dicemus ad illud, quod dicitur Lucæ 2. *Proficiebat sapientia, etate, & gratia apud Deum, & hominem.* Quod dictum de etate, non habet dubium, sed in sapientia, quomodo poterat proficere Christus, qui erat ipsa Dei sapientia? & in gratia, quomodo poterat proficere Christus, qui erat ipsa Dei virtus? iuxta illud 1. Corinth. 1. *Predicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Ad quod dici potest, quod non proficiebat Christus secundum gratiam, itaut acciperet maiorem gratiam, quàm haberet, sed istud proficere erat secundum manifestationem apud homines, quia gratiam, & sapientiam, quam habebat, inter homines manifestabat, & patefaciebat: Quod faciendo, reducebat homines in Deum, & faciebat eos proficere apud Deum, vt hoc modo, sicut proficiebat etate, & crescebat in annis; sic proficiebat gratia, & sapientia apud homines continuè magis, & magis manifestando scientiam, sapientiam, & gratiam apud eos. Et hoc modo proficiebat apud Deum, quia hoc faciendo, reducebat homines ad Deū, & faciebat eos proficere apud Deū.

1. Cor. c. 1.

Solutio.

Quomodo Christus proficiebat sapientia, & gratia.

Quomodo Christus proficiebat sapientia, & gratia.

Aegid. super iij. Sent.

A Secundò potest intelligi sanctificatio in Christo, non quantum ad augmentum, quod fieret magis sanctus, sed quantum ad continuationem, & conseruationem, quia continebat, & conseruabat se in sanctitate, quam habebat. Sed hoc non est propriè sanctificari, vel fieri sanctum, quia, vt dictum est per Philos. *Quod fit non est*, sed continuans, & conseruans se in sanctitate, semper est sanctus, & hoc modo non potest dici, quòd fiat de non sancto sanctus.

Secundus modus sanctificationis est per continuationem in sanctitatem. 4. Physic. 14

B Tertio modo potest intelligi sanctificatio contrariè, sic dicitur, quòd non album fit album, quia nigrum fit album. secundum quem modum sanctificatur impius, quia de impio fit pius. sed nec iste tertius modus potest competere Christo, quia nunquam fuit impius, nunquam fuit nocens, sed iemper innocens, & sanctus.

Tertius modus sanctificationis potest intelligi contrariè.

C Quarto modo potest intelligi priuatiuè, vt hoc modo dicatur aliquis sanctificatus, quia priuatus sanctitate, postea factus est sanctus, quia semper priuatio præsupponit existentiam subiecti. Etenim *priuatio*, (vt dicitur in 4. Metaphys. *est negatio in subiecto*). Sed nec iste quartus modus competere potest Christo, quia ex quo incepit esse Christus, nunquam fuit sine sanctitate, & nunquam fuit priuatus sanctitate.

Quartus modus sanctificationis potest intelligi priuatiuè.

D Quinto modo potest intelligi Christus sanctificatus, vel factus sanctus negatiuè tantum, quia de non sancto negatiuè, factus est sanctus; Quod dupliciter veritatem habet. Primo prout illa vnio fecit Deum hominem, & non quemcunque hominem, sed sanctum hominem: secundum hoc ergo Christus factus est sanctus, quia factus est sanctus homo, cum enim non esset homo, factus est homo, & non quicumque homo, sed sanctus homo, & sic verificatum est, quomodo Christo competit sanctificatio, prout illa vnio fecit Deum hominem. Cum ergo primò non esset homo Deus, postquam factum est, quòd homo sit Deus, cum Deus semper sit sanctus, factum est, quod homo sit Deus sanctus. Erit enim hæc sanctificatio, vel hæc factio sanctitatis in Christo dupliciter. Vno modo secundum naturam creatam, quia cum Deus prius non esset

Quintus modus sanctificationis potest intelligi negatiuè.

Quomodo Christus dicitur sanctificatus.

homo, factus est homo, & sanctus homo. Alio autem modo sanctificatio erit secundum naturam increatam, quia cum prius homo non esset Deus, factum est, quod homo sit Deus, & sanctus Deus.

RESP. AD ARGVM.

Christus dicitur sanctificatus, non contrariè, sed negatiue.

Quomodo Christus dicitur sanctificatus ut Deus: nimirum ut homo Deus.

Ad primum dicendum, quod argumentum non arguit, nisi de sanctitate contrariè sumpta, videlicet, quod Christus de peccatore non est factus sanctus, quia nunquam fuit peccator, sed semper sanctus, non arguit autem de sanctificatione negatiue sumpta. Nam cum prius Deus non esset homo, quando factus est homo, & sanctus homo, poterat dici sanctificatus, ut homo. Sic etiam Christus sanctificatus est ut Deus, quia cum prius non esset homo Deus, quando factum est, quod homo sit Deus, potest dici sanctificatus, id est sanctus factus, secundum quod est homo Deus, vel secundum quod incepit homo esse Deus, nam licet semper fuerit Deus, non semper fuit homo Deus.

Cælum nõ est primum mouens simpliciter: sed primum alterans.

Primus sanctificans simpliciter est Deus, meritorie est Christus.

Non omne quod fit, fit ex contrario propriè, vel ex priuatione, sed sufficit, quod ex negatiuo fiat.

Ad secundum dicendum, quod primum mouens, secundum quod huiusmodi est immobile, & si simpliciter sit primum, simpliciter est immobile; sed si sit aliquo modo primum, & aliquo modo non primum, erit aliquo modo mobile, & aliquo modo immobile; ut cælum sic communiter ponit exemplum, non est primum mouens simpliciter, sed est primum mouens ad alterationem; & ideo non est primum mouens immobile simpliciter, cum moueatur localiter, sed est primum mouens alterans, quod est penitus inalterabile, naturaliter loquendo. Primus sanctificans simpliciter est Deus Trinitas, sed primus sanctificans meritorie, & secundum redemptionem, est Deus homo Christus, qui primus nos redemit, & inter personas diuinas solus est mortuus, & passus pro nobis, nos redimendo, & nobis per mortem, & passionem suam salutem, & vitam æternam merendo.

Ad tertium dicendum, quod non semper quod fit ex contrario, vel ex priuatione, accipiendo priuationem, propriè non fit quodlibet ex quolibet, sed suffi-

cit, quod illud fit negatiue tale, puta, quod fit negatiue videns, vel sit non videns, ad hoc, ut fiat viuens, ut catulus ante nonum diem non dicitur cæcus, nec videns. Si ergo post nonum diem fit videns, & incipit videre, factus est videns, non ex contrario propriè, cum contrarium semper includat priuationem, nec ex priuatione, cum ante nonum diem non possit dici cæcus, sed erit hæc factio ex ipsa negatione. Sic etiam Christus factus est sanctus, non contrariè, quod prius esset peccator, nec priuatione, quod præsupponat existentiam subiecti, videlicet, quod esset, & non esset sanctus, sed solum negatiue, quia cum prius non esset homo, & per consequens non esset sanctus homo, factus est sanctus homo, & non solum factum est per illam vnionem, quod Deus sit sanctus homo, sed etiam factum est per eandem vnionem, quod homo sit factus Deus.

Ad quartum patet solutio per iam dicta. Nam Christus erat sanctus sanctorum, & erat plenus omni sanctitate, ideo non contrariè, nec priuatione factus est sanctus, sed negatiue tantum, modo, quod dictum est.

Dub. I. Litteralis.



SUPER litteram primò arguitur de illo verbo (*Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.*) quomodo sit intelligendum.

DICENDVM, quod virtus altissimi stat pro Filio, secundum expositionem Damasceni, & secundum veritatem: nam ipse Christus est virtus Altissimi, 1. ad Corinth. 1. *Prædicamus Christum Dei virtutem, &c.*



Dub. II. Litteralis.



VLTERIVS dubitatur de hoc verbo, *obumbrabit*, quomodo sit intelligendum.

DICENDVM, quòd secundum communem expositionem,

huiusmodi obumbratio fuit omnimoda extinctio fomitis. Nam fomes potest dici quoddam incendium, & quoddam inclinatum ad peccandum, & quando non est ligatus, sicut erat in B. Virgine per primam sanctificationem, specialiter potest dici incendium, quia specialiter inclinatur ad æstum, & incendium luxurię, secundum quam, in nobis, postquam incipimus habere membrorum genitalium usum, est continua pugna, & raro victoria. Sicut ergo umbra est quoddam refrigerium contra æstum, sic extinctio fomitis potest dici quędam obumbratio, id est quoddam refrigerium contra incendium ad peccandum, & contra æstum luxurię.

Sed possumus de hac obumbratione aliter etiã loqui; dicentes, quòd hæc obumbratio est ipsa carnis assumptio, ut dicamus, virtus altissimi obumbrabit tibi, id est Dei Filius, qui est virtus Patris obumbrabit tibi, id est umbram carnis assumet in te. Dicitur autem assumptio carnis obumbratio dupliciter. Nam umbra dicitur quandam mixtionem tenebrarum; cum ergo *Deus lux sit, & tenebrę in eo non sint ullę*, secundum Ioannem in sua 1. canonica cap. 1. quod ipse est actus purus, cui nihil est admixtum de potentia, ut vult Commentator in 10. Metaphys. quęlibet autem creatura est umbra, quia habet aliquam tenebrositatem, vel aliquam potentialitatem admixtam; & quia ipsa caro secundum se considerata, est quędam creatura, consequens est ex dictis, quòd carnis assumptio sit quędam obumbratio.

Secundò carnis assumptio in Filio potest dici quędam obumbratio, quia sicut Sol iste visibilis, si aliquo modo obumbratur nube, sit nobis proportionatus ad vi-

Aegid super iij Sent.

Adendum, ut possimus eum videre sine lęsione oculorum. Sic Sol ille spiritualis oriens ex alto, tectus nube carnis, factus est nobis proportionatus ad videndum, cum prius ante huiusmodi tectorem, vel carnis assumptionem lucem inhabitaret inaccessibleem, quam nemo vnquam hominum vidit, sed nec videre potest, ut habetur 2. ad Timoth. c. 6.

1. Timoth. c. 6.

Dub. III. Litteralis.



VLTERIVS dubitaret quis de eo, quod in littera dicitur (*sicut diuinum semen*) quomodo id, quod fuit in Virgine, se habuit, sicut diuinum semen.

DICENDVM, quòd id, quod superuenit in Virgine, fuit Spiritus Sanctus, iuxta illud: *Spiritus Sanctus superueniet in te*. Ipse autem Spiritus Sanctus non fuit verum semen, quia Christus nec dicitur conceptus ex semine, nec secundum rationem seminalem; sed fuit sicut diuinum semen. Nam in conceptione Christi, quantum ad causam efficientem fuit, sicut diuinum, quia non naturaliter, sed & supernaturaliter, & virtute Spiritus Sancti conceptus fuit: sed quantum ad naturam humanam conceptam, licet Spiritus Sanctus non fuerit verum semen, habuit se tamen, sicut semen. Nam in alijs hominibus ex semine concipitur verus homo, sic ex Spiritu Sancto fuit conceptus Christus in utero Virginis verus homo; & idem benè vtrumque complectitur in littera, quòd Spiritus Sanctus in conceptione Christi se habuit sicut diuinum semen: nam habuit se sicut quid diuinum, quantum ad modum concipiendi, quia Christus fuit conceptus modo diuino, supernaturaliter, & sine semine virili. Fuit etiam conceptus modo diuino, & supernaturaliter, quia in instanti, ad quem modum operandi, & agendi natura non potest pertinere.

Tertiò fuit conceptus modo diuino, & supernaturaliter, quia fuit conceptus non ut homo purus, sed ut homo Deus, quod fuit magis mirabile, quàm omnia miracula, quę vnquam facta fuerunt, quia impassibilis ut Deus, factus est passibilis ut

N 3 homo,

Quomodo Spiritus Sanctus in conceptione Christi se habuit sicut diuinum semen.

Nota quod huiusmodi explicatio obumbrationis Spiritus Sancti B. Virgini prodest a faculo ab æstu concupiscentiarum carnis ne ipsa substantia carnis ministrans, carnali concupiscentia utatur, est D. P. Aug. in Psal. 67. & in epist. 57. ad Dardan. Hugonis de S. Victore lib. 2. de incarnatione cap. 8. Ven. Bedę, qui etiã expressè dicit significari hic, Virgine per obumbrationem Spiritus Sancti preseruantia ab æstu carnis concupiscentie. sic & Ambrosius in hoc intellegit in iib. de myster. cap. 3.

1. Jo. c. 1.

homo, & æternus vt Deus, factus est temporalis vt homo, & inuisibilis oculis corporeis vt Deus, factus est visibilis, & palpabilis vt homo. Propter quod benè dictum est, quòd *In hac Verbi copula, stupefcit omnis regula*. Et sicut Spiritus Sanctus se habuit, vt quid diuinum, quantum ad modum concipiendi Christum, sic, licèt non fuerit verè semen, habuit se tantum sicut semen quantum ad rem conceptam, quia sicut virile semen operatur actiuè, vt res concepta sit verus homo, sic virtus Spiritus Sancti actiuè operata est in Virgine, vt Dei Filius conceptus in ea, esset verus homo.

In hac Verbi copula stupefcit omnis regula.

Est etiã modus loquendi D. Damaſcen. lib. 3. orthodox. fid. c. 2. & D. Io. Chryſoſt. hom. 1. op. imp.

Io. c. 1.

Aduertendum tamen est, quòd hoc dictum (*sicut diuinum semen*) vt patet per habita, sicut potest referri ad Spiritum Sanctum, potest etiam referri ad ipsum Filium, quia sicut pater carnalis per suum semen viriliter producit aliquid simile sibi, sic Deus Pater cœlestis, per suum Filium, quasi per quoddam diuinum semen, & per quandam diuinam virtutem, facit, & producit omnia, iuxta illud, *per quem omnia facta sunt*, in quibus omnibus reperitur vestigium, & similitudo Dei. Et sic Pater per Filium, quasi per quoddam diuinum semen operatur omnia, sicut per ipsum operatus est incarnationem eiusdem Filij: cum ergo quicquid Pater operatur per Filium, operetur etiam ipse Filius, iuxta illud, *quæcunque viderit Filius Patrem facientem, hæc eadem similiter Filius faciet*. Si ergò Pater per Filium, sicut per diuinum semen operatus est incarnationem illam, sic Filius, sicut diuinum semen operatus est illam eandem incarnationem in seipso, & hoc multum concordat cum textu litteræ, vbi dicitur, quòd Filius Dei Patri homouision, idest consubstantialis, sicut diuinum semen copulauit sibi ipsi; ex purissimis, & sanctissimis sanguinibus

Virginis humanitatem.



Dub. IV. Litteralis.




LITERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quodin littera dicitur. (*Ista copulatio fuit antiqua consperſionis.*) Sed contra. Antiquum videtur significare, quandam culpam, & quandam defectum: sed in Christo nulla fuit culpa, nullus defectus, ergo &c.

Antiqua, vetusta consperſioque significet

B DICENDVM, quòd hoc dictum antiqua consperſio non significat vetustatem culpæ, sed vetustatem pœnæ: nam Adam noster primus parens dupliciter est factus antiquus, & vetustus, quia duo mala incurrit per peccatum, culpam scilicet, & pœnam. Christus autem de illa antiqua consperſione voluntariè accepit pœnam, sed non culpam. Vnde non dicitur de eo, quòd habuerit carnem peccatricem, sed quòd factus est in similitudinem carnis peccati, quia habuit carnem passibilem, & mortalem, sicut & nos.

Dub. V. Litteralis.



LITERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur: *Per Spiritum Sanctum creans*. Sed contra. creare est aliquid de nihilo facere: caro autem Christi non est facta de nihilo, sed ex purissimis sanguinibus Virginis: ergo &c.

Quomodo Spiritus Sanctus in conceptione Christi deus est creator.

DICENDVM, quòd ibi creare accipitur largè pro qualibet supernaturali operatione. Apparet enim ex habitis, quòd formatio corporis per virtutem Spiritus Sancti fuit multipliciter supernaturalis. Et sic solutum est argumentum.



Dub. VI. Litteralis.



VLTERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur (*si dixerimus quia peccatum non habemus.*) Contra quia de puero statim baptizato dici potest verè, quod peccatum non habet, sic etiam de adulto statim verè confesso, potest dici, quod peccatum non habet, ergo &c.

Peccati dicitur macula, reatum, & causam.

DICENDVM, quod peccatum potest dicere tria, maculam, reatum, & causam, siuè sequelam ad peccandum. Ut autem dicit maculam, sic potest tolli per Baptismum, vel Pœnitentiam, si autem ut dicit reatum, vel obligationem ad pœnam, non tollebat, nisi per passionem Christi: propter quod quicumque moriebatur ante huiusmodi passionem, licèt posset non habere peccatum, ut dicit maculam, tamen habebat peccatum, ut dicit reatum, vel obligationem ad pœnam, saltem ad pœnam damni. Nam ante mortem Christi quantumcunque sancti, quantumcunque immaculati, non videbant Deum, sed habebant pœnam damni, quia carebant diuina visione. Tertio modo potest sumi peccatum, ut dicit causam, siuè sequelam peccati: & sic quantumcunque nunc baptizatus, vel nunc adultus verè confessus, adhuc in se habet fomitem, qui est saltem habituale incitamentum ad peccandum, & sequela orta ex peccato Adæ. Solus ergo Christus fuit omninò sine peccato: Beata autem Virgo fuit infecta originali, sed in nullo actuali, & habuit fomitem, etiam post sanctificationem primam, sed ligatum; in sanctificatione vero secunda dictus fomes extinctus fuit, & sic pariter fuit illa omninò purgata, & mundata. Omnes autem alij Sancti, & si ad breue tempus possunt esse sine peccato mortali, & veniali, diu tamen non possunt sic persistere. Et quantum ad hoc, veritatem habet, quod dicitur, *si dixerimus* &c. Ut ex hoc omnes dicantur esse cum peccato actuali, saltem veniali, quia si per aliquam mortalem possunt esse sine omni peccato, diu

Fomes non dicitur macula, neque reatus, sed causa, seu sequela ad peccandum, quia est habituale saltem incitamentum ad peccatum.

Omnes alij Sancti, à B. Virg. ad breue tempus possunt esse sine omni peccato: diu tamen sic persistere non possunt, saltem sine veniali

A tamen sine peccato saltem veniali esse non possunt.

Dub. VII. Litteralis.



VLTERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur *Abraham fuit minor, quàm Melchisedech, & omnes, qui decimati fuerunt in Abraham fuerunt minores ipso Melchisedech, quia Melchisedech benedixit Abraham, quem benedicendo benedixit omnes decimatos in ipso; cum ergo semper minor à maiori benedicatur, omnes decimati ab Abraham fuerunt minores, quàm Melchisedech.*

Melchisedech benedixit Abraham, & omnibus ab eo decendentibus, ideo maior illis.

B Sed contra: Pater alicuius Prælati debet decimas alicui simplici Sacerdoti: videtur ergo ex hoc sequi, quod ille Prælati, vel ille Episcopus sit minor illo simplici sacerdote, quod falsum est, cum de quolibet Episcopo, vel Pontifice dicatur: Hic est sacerdos magnus.

DICENDVM, quod Abraham figurabat statum veteris testamenti, Melchisedech figurabat sacerdotium Christi: propter quod non debet esse quæstio de sacerdotibus nòui testamenti, qui omnes conficiunt in persona Christi, & omnes funguntur vices Sacerdotis Christi, sed quæstio debet esse, si volumus rectè procedere secundum mentem Apost. ad Heb.

Heb. e. 7.

C ubi istam materiam tractat de sacerdotio veteris testamenti ad sacerdotium Christi, siuè ad sacerdotium Melchisedech, quod figurabat sacerdotium Christi: nullus enim sacerdos veteris testamenti æquatur cuicumque sacerdoti noui testamenti, quia illi veteres immolabant agnum, vel aliqua alia, quæ gerebant figuram Christi. Sed sacerdos nouæ legis, etiam si non sit Pontifex, sed simplex sacerdos immolans, & sacrificans verum corpus Christi, in quo est totus Christus, etiam sub utraque specie, tam panis, quàm vini, & si non ex vi sacramenti, quia hoc modo sub specie panis non est nisi corpus, & sub specie vini, non est, nisi sanguis, tamen ex naturali concomitantia sub utraque specie est totus Christus, ut declaratur in quarto.

Sacerdotij veteris, & noui Testamenti discernimen.

Christus totus est sub utraque specie Sacramenti Eucharistie, non ex vi sacramenti sed ex naturali concomitantia.

Dub.

Dub. VIII. Litteralis .



V LTERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur, (*Leuiticus ordo fuit in Abraham, secundum rationem feminalem.*)

Sed contra : quia id, quod dat pater, non ingreditur foetus, nec est pars foetus ; ergo foetus non est in patre, cum nihil de eo fuerit in patre .

DICENDVM hoc esse dubium . Vtrum aliquid, quod dat pater pertineat ad foetus, quia licet ex sanguinibus matris, formetur foetus, & membra eius, & quantum ad hoc, mater det totam materiam, de qua formatur foetus, tamen fortè semen, quod dat pater, resoluitur in spiritus, & illi spiritus manent in foetu, secundum quod manifestè videtur sentire Auicenna . Ex quibus spiritibus, vel cum quibus anima foetus, vel anima filij facit omnes suas operationes naturales, & sensibiles . Sed quicquid sit de hoc, dato, quod nihil de patre sit in filio, realiter tamen totus filius est in patre, quia omnes, qui fuerunt de stirpe Abraham, fuerunt in Abraham ; & omnes fuimus in Adam, secundum nos totos, quantum ad materiam, & formam, fuimus q; in eo secundum rationem feminalem, & virtualiter . Nam semen masculi, vt supra diximus, non solum organizat foetus foemineum, cuius in generatione est præbere materiam, sed etiam organizat sexum masculinum, cuius est inducere formam ; & hoc modo omnes descendentes secundum rationem feminalem, fuerunt in Adam secundum se totos, eo modo, quo superius diximus, secundum materiam, & secundum formam . Solus ergo Christus fuit in Adam, vel in Abraham originaliter, vel virtualiter loquendo, non secundum rationem feminalem, sed secundum corpulentam substantiam tantum, idest, secundum materiam totam, quam accepit à matre descendente tam ab Adam, quam ab Abraham, secundum rationem feminalem .

Opin. Auicenn. de spiritibus in foetu.

A

Dub. IX. Litteralis .



V LTERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur . (*Mater Christi non concupiscentia, sed gratia concepit.*) quomodo hoc sit intelligendum .

DICENDVM, quòd, vt communiter ponitur, potest intelligi dupliciter . Primò, quòd ibi concupiscentia sit casus nominatiui, quia natorum per concupiscentiam mater est concupiscentia, sicut natorum per gratiam mater est gratia . Alio modo potest exponi, quòd ibi concupiscentia sit casus ablatiui, & tunc habet sensum omninò verum, & magis conformem dictis Sanctorum nimirum . Mater Christi, non concupiscentia, idest nò per concupiscentiam, sed gratia, idest per gratiam cõcepit carnem Christi .

Ly concupiscentia e casus ablatiui, & ne nominati

Dub. X. Litteralis .



V LTERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur, (*dicunt Phisici tot diebus, idest 46. diebus &c.*) Vtrum hoc sit verum .

DICENDVM, quòd August. in lib. 83. quæst. quæst. 9. mouet hanc quæstionem de templo Domini, quod 46. annis ædificatũ est, & adaptas hoc ad corpus pueri, vel ad corpus Christi dicit, quod formatum fuit in 46. diebus, vnum enim additur propter mysterium, & sic sunt 46. Ait enim ibi, *per 6. dies puer est sicut lac, per 9. sicut sanguis, per 12. coagulatur, & fit sicut caro, & manet sicut caro, per 18. dies formantur inde membra, qui dies omnes simul sumpti, 6. 9. 12. 18. faciunt 45. Addito ergo vno sunt 46. per tot annos fuit ædificatum templum, & per tot dies modo, quo dictum est, formatur corpus humanum in utero, vt quodlibet corpus humanum hoc modo figuratum fuerit, per illud templum .*

D.P. Aug. tom. 4.

Aduertendum tamen, quòd in rebus natu-

naturalibus non potest esse, quod omnia
frant vno, & eodem tempore. Videmus
enim, quod in vno, & eodem facemo
vuarum, vnum granum citius maturefcit
alio. Augustinus ergo narrat maius tem-
pus, quod opponitur in talibus: Nam si
aliquod corpus alicuius pueri minus stat
sub forma lactis, tamen corpus illud,
quod plus stat sub huiusmodi forma, non
stat nisi per sex dies, sic etiam in sangui-
ne, & sic de alijs. Creditur enim com-
muniter, quod foetus masculinus com-
pleteatur in 40. diebus, & tunc est perfecte
organizatum, & infunditur ei anima, cum
foetus masculinus, qui plus apponit de
tempore in tali organizatione, non ap-
ponat nisi 45. dies, & tunc infunditur ei
rationalis anima.

Aduertendum etiam aliquos errasse in
hoc circa corpus Christi afferentes (vt in
littera dicitur) organizatum, & forma-
tum fuisse in tot diebus, sed veritas est,
vt Gregorius ait, quod statim cum Virgo
consensit, fuit in illo instanti Verbum in
vtero Verbum caro, idest Verbum ho-
mo, & fuit in eodem instanti Christus
perfectus Deus, & perfectus homo. Si
ergo illum tam magnum numerum dierum
volumus applicare ad corpus Christi, ap-
plicabimus non ad formationem, vel or-
ganizationem eius, sed ad eius perfectio-
nem, & complementum. nam licet in
eodem instanti fuerit corpus illud forma-
tum, & organizatum, tamen tot diebus
stetit in vtero Virginis, sicut communiter
stant alij pueri in materno vtero, propter
quod Magister in littera dicit, quod in
ipso momento conceptionis, & vnionis Dei,
& hominis, distinctio membrorum adeo
tenuis erat, & parua, vt humano visui
vix posset subijci. Et Magister in historijs
de huiusmodi loquens ait, quod, cum di-
xit Maria, fiat mihi secundum verbum
tuum, statim conceptus est Christus de
Virgine plenus homo in anima, & carne,
ita tamen, quod lineamenta membrorum
visibus discerni non possent: conceptus
est ergo Christus sic quantitate paruus,
sed ad complendam perfectam quantita-
tem corporis, vt habent alij pueri, com-
muniter nascentes, tot diebus stetit in
vtero Virginis, videlicet ab octauo Kalen-
das Aprilis, vsque ad octauo Kalen-

das Ianuarij, qui sunt completè nouem-
menses, per quantum tempus communi-
ter stant alij pueri in vteris maternis.

DISTINCTIO IV.



VM verò in-
carnatio Verbi,
&c. Postquam
Magister in se-
cunda distin-
ctione determi-
nauit de assump-
tione, & in-
carnatione Ver-
bi, secundum naturam assumptam, quan-
tum ad huius naturæ quidditatem, osten-
dendo, quod assumpsit Verbum de huma-
na natura, quia assumpsit carnem, & ani-
mam, & quo ordine, quia assumpsit car-
nem, mediante anima. Et postquam in
tertia distinctione determinauit de huius-
modi assumptione, secundum naturam
assumptam, quantum ad qualitatem,
ostendendo qualem naturam assumpsit,
quia non assumpsit naturam peccatricem,
vel subditam peccato, sed assumpsit eam
in se, licet illa caro fuisset subiecta pec-
cato, vt habuit esse in alijs. In hac autem
quarta distinctione determinat de huius-
modi assumptione, vel de huiusmodi in-
carnatione quantum ad causam, quæ
causa, speciali modo dicitur esse Spiritus
Sanctus.

Circa quod tria facit, quia primò de-
terminat de huiusmodi causa incarnatio-
nis, quæ est Spiritus Sanctus, per compa-
rationem ad alias diuinas personas. Se-
cundò determinat de huiusmodi causa,
per comparisonem ad matrem. Tertiò,
per comparisonem ad gratiam. Secunda
ibi, *si verò in hoc*. Tertia ibi, *perfecto mo-
do iste*. Circa primum tria facit, quia
primo mouet huiusmodi quæstiones, cum
incarnatio Verbi sit operatio totius Tri-
nitatis, quare specialiter attribuitur Spi-
ritui Sancto. Secundo quæstionem totam
soluit, quod hoc non est, quia ex hoc ex-
cludantur aliæ diuinæ personæ, sed po-
tius quia nominata vna persona diuina,
intelliguntur omnes. Tertiò quod dixe-
rat probat per Augustinum. Secunda ibi.

Næ

In vno &
eodem ra-
cemouari
vnum gra-
num citius
maturefcit
alio: ita
defunctibus
dicendum est.

40. diebus
scelus ma-
sculinus in
vtero com-
pletur.

Corpus Chri-
sti fuit per-
fecte orga-
nizatum in
instanti se-
cundum D.
Greg.

Magist. hist.
Scolast.

Christus ste-
tit in vtero
Virginis ab
octauo Kal.
Aprilis vsq;
ad octauo
Kal. Ianua-
rij.

Non enim ideo operatio . Tertia ibi . Vnde A
Augustinus super hoc mouens &c. Tunc se-
quitur illa pars. Sed non est in hoc diutius.
 In qua mouet quæstionem de Spiritu San-
 cto , quòd Spiritus Sanctus non est Pater
 eius ; sed sic natus est de Maria Virgine ,
 quòd Maria est Mater eius . Tria ergo fa-
 cit , quia primò facit , quod dictum est .
 Secundò id quod dixerat , declarat , quan-
 tum ad hanc partem , quòd non quic-
 quid nascitur de aliquo est filius eius :
 nam de homine nascitur capillus , lum-
 bicus , siue vermis , nullus tamen ipso-
 rum est filius hominis . Sic Christus na-
 tus est de Spiritu Sancto , sed non est fi-
 lius Spiritus Sancti .

Adducit etiam aliud exemplum , quòd
 homo baptizatus est natus , vel renatus
 ex aqua , tamen non est filius aquæ , sed
 ex hoc est filius Dei , & matris Ecclesiæ .
 Tertio adducit exemplum , quantum ad
 partem conuersam , quia sicut potest ali-
 quis nasci de aliquo , cuius non est filius ,
 sic è conuersò potest aliquis dici filius ali-
 cuius , de quo non est natus , vt cum ali-
 quis homo adoptat sibi in filium aliquem
 hominem , ille dicitur filius eius adopta-
 tus , tamen non est de eo natus ; & mali
 homines dicuntur filij gehennæ , non
 quia sint de ea nati , sed quia sunt ad eam
 præparati . Secunda ibi , *vt etiam emit-*
tam. Tunc sequitur illa pars. Profectò mo-
odus iste . in qua determinat de huiusmo-
 di incarnatione per comparisonem ad
 gratiam , quæ etiam potest huiusmodi in-
 carnationis causa nuncupari , dicēs , quòd
profectò modus , quo natus est Christus de
Maria , sic filius , & de Spiritu Sancto ,
non sicut filius , insinuat nobis diuinam gra-
tiam , qua homo ille , nullis præcedentibus
meritis copulatus est personæ Verbi . Tria
 ergo facit , quia primò facit , quod dictum
 est . Secundò hoc idem declarat , per aliam
 rationem : quare Christus conceptus est ,
 & natus dicitur de Spiritu Sancto : quia
 hoc non est , quòd Spiritus Sanctus fuerit
 Virgini pro semine , nec quòd de substan-
 tia Spiritus Sancti foetus semen acceperit
 , sed quia per gratiam Dei , operatio-
 ne Spiritus Sancti hoc factum est . Tertio
 quod dixerat , manifestat per Ambrosium .
 Secunda ibi , *potest etiam dici. Tertia ibi.*
cuius dicti rationem .

Circa autem hanc partem tertiam tria
 facit , quia primò facit , quod dictum
 est . Secundò circa hoc mouet quæstio-
 nem nouam , videlicet , quare Christus
 non solum dicatur natus , sed etiam se-
 cundum Apost. dicatur factus . Tertio solu-
 it quæstionem propositam , & quod di-
 xerat , confirmat per Ambrosium . Secun-
 da ibi , *sed quæri potest .* Tertia ibi , *Quia*
enim non humano semine . & in hoc termi-
 natur sententia præsentis lectionis , & di-
 stinctionis .

B QVAESTIO I. PRINCIPALIS .



V I A Magi-
 ster in littera
 tangit tripli-
 cem causam .
 incarnationis
 Verbi , videli-
 cet , Spiritum
 Sanctum , de
 quo sic natus
 est Christus , vt non sit pater eius ; &
 Mariam Virginem , de qua sic natus est
 Christus , quòd est mater eius . Et gratiam
 vnionis , per quam natura humana vnita
 est Verbo ipsi . Ideo de his tribus quære-
 mus , prout comparantur ad incarnatio-
 nem : videlicet de Spiritu Sancto , de
 Maria Matre Christi , & de gratia præfata .

Circa primum quærentur tria .

Primò . Vtrum Spiritui Sancto propriè
 possit attribui incarnatio .

Secundò . Vtrum ei attribui possit ap-
 propriatè .

Tertio . Vtrum ex tali attributione ,
 vel appellatione Spiritus San-
 ctus possit dici pater
 Christi .



ARTIC. I.

*Utrum Incarnatio Verbi non solum
appropriatè, sed etiam propriè
possit attribui Spiritui Sancto.
Conclusio est negatiua.*

D. Thom. 3. p. q. 32. art. 1. & 2. Caiet. & Medina ibid.
Ricchar. in 3. d. 4. q. 1. D. Bonau. in 3.
d. 4. art. 1.



D primum sic pro-
ceditur. Videtur,
quòd Incarnatio
Verbi non solum
appropriatè, sed
etiam propriè pos-
sit attribui Spiritui
Sancto. Nam illud,

quod solum attribuitur vni personæ, &
non alijs, videtur propriè pertinere ad
illam personam: sed incarnatio Verbi,
secundum Scripturam sacram, attribui-
tur Spiritui Sancto, & non alijs, ergo, &c.
Probatur assumptum, sic enim dicitur
Matth. 1. *Cum esset desponsata Mater Iesu
Maria Ioseph, antequam conuenirent, in-
uenta est in utero habens de Spiritu San-
cto, &c.*

Matth. c. 1.

Præterea, quòd solum attribuatür Spi-
ritui Sancto, patet per illud, quod dicitur
eodem capite. *Ioseph autem vir eius cum
esset iustus, & nollet eam traducere, hæc
eo cogitante, Ecce Angelus Domini in
somnia apparuit ei dicens, Noli timere &c.
Quod enim in ea natum est, de Spiritu
Sancto est, ergo &c.*

Luc. c. 1.

Præterea, quòd hoc attribuatür Spiri-
tui Sancto, patet per illud Lucæ 1. Nam
cum quæsiuisset Maria, *Quomodo fiet
istud, &c. respondit ei Angelus, Spiritus
Sanctus superueniet in te &c.*

Præterea. Hòc idem patet, per illud,
quod habetur in Symbolo de Christo, ubi
dicitur: *Qui conceptus est de Spiritu San-
cto, natus ex Maria Virgine.* ergo sicut
est natus de Maria Virgine, sic fuit con-
ceptus de Spiritu Sancto, sed natus fuit
de Maria Virgine, etiam propriè, quia
de nulla alia muliere fuit natus; ergo fuit
conceptus de Spiritu Sancto propriè, quia

A vt videtur, nulla alia persona operata
est conceptionem, vel incarnationem
illam.

IN CONTRARIUM est, quod
ait August. 2. de Trinit. cap. 10. *Trinitas
propriè inseparabiliter operatur.* omnia
ergo quæ videmus, non sunt vnus per-
sonæ tantum, sed totius Trinitatis, ad
quam spectat inseparabiliter operari.

Præterea. Idem August. eodem lib. &
cap. loquens de natura humana à Verbo
assumpta, ait. *Humanam illam formam
ex Virgine Maria tota Trinitas operata
est.* ergo &c.

B

RESOLVTIO.

*Incarnatio Verbi non attribuitur Spiritui
Sancto propriè, quia supra personam
incarnatam non habet auctoritatem,
quæ soli patri competit: neque incarna-
tionem terminauit, quod solus Filius
fecit: nec materiam fetus ministravit,
quam sola Mater præbuit: sed quia cum
alijs personis habuit auctoritatem, &
efficientiam super opus incarnationis:
ideo solum appropriatè incarnatio ei
tribuitur.*

C

RESPONDEO dicendum, quòd
in incarnatione Verbi possumus duo con-
siderare, rem ipsam, quæ est incarnatio,
& modum fiendi ipsius rei, siue ipsius in-
carnationis, res autem ipsa facta, quæ est
incarnatio, non propriè potest attribui
Spiritui Sancto. Quia hoc posset esse quin-
que modis, vel quantum ad auctoritatem
supra personam incarnatam, & sic potest
attribui soli Patri: nam solus Pater ha-
bet auctoritatem super personam Filij in-
carnatam, quia Filius non procedit nisi à
solo Patre: & si dicatur aliquando Filius
mitti à Spiritu Sancto, hoc non est pro-
pter auctoritatem, quam habeat Spiritus
Sanctus super personam Filij, sed propter
auctoritatem, quam habet super effectum,
ad quem faciendum mittitur persona Fi-
lij, vt sit illuminatió mentis nostræ, vel
intellectus, iuxta illud Augustini, qui ait
de Filio 7. de Trinitate. cap. 11. *Eo
Filius, quo Verbum, & eo Verbum,
quo Filius.* & quia Verbum procedit per
modum intellectus, ideo illuminatió mē-
tis

D. P. Aug.
Tom. 3.

tis nostræ, vel intellectus appropriatur Filio: si ergo Filius dicatur mitti à Patre, vel à Spiritu Sancto ad illuminandam mentem nostram, hoc non erit eodem modo: quia mittitur à Patre tanquam ab habente auctoritatem supra personam Filij, & tanquam ab habente auctoritatem super illum effectum, qui est illa illuminatione, quæ appropriatur ipsi Filio: sed Spiritus Sanctus dicitur ad hoc mittere Filium, non quia habeat auctoritatem super personam Filij, sed quia habet auctoritatem super illum effectum, ad quem mittitur idem Filius.

Spiritus Sanctus dicitur mittere Filium, non quia habet auctoritatem supra eius personam, sed super effectum, ad quem mittitur Filius.

Baruc. c. 3.

Isai. c. 48.

Author in 1. sent.

Et quod dictum est de missione Filij inuisibili, quando mittitur ad illuminandam mentem, veritatem habet de missione visibili, prout Filius missus est in carnem, de qua missione dicitur Baruch 3. *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*; in huiusmodi enim missione inuisibili, si dicitur Filius esse missus à Spiritu Sancto, iuxta illud I sai. 48. *Nunc Dominus meus misit me, & Spiritus eius*: hoc non est, quod Spiritus Sanctus habeat auctoritatem super personam Filij, sed solum, quia habet auctoritatem super effectum incarnationis, secundum quem incarnatus est Filius. Dicemus ergo, quod sicut Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio auctoribus, prout ait Hilarius suo lib. de Trinit. & determinauimus in primo: sic Filius mittitur in mentem inuisibiliter, vel mittitur in carnem visibiliter à solo Patre auctore, quia solus Pater habet auctoritatem super personam Filij. Declaratus est ergo primus modus, quomodo alicui personæ diuinæ potest attribui propriè incarnatio, vel missio Filij in carnem, ut puta, si persona illa habeat auctoritatem super personam Filij, hoc autem non habet Spiritus Sanctus, sed solus Pater.

Secundo modo potest hoc intelligi, dato, quod non habeat auctoritatem super personam Filij, sed super ipsum effectum, vel super ipsam incarnationem, secundum quam missus est visibiliter Filius, hæc autem auctoritas competit quidè Spiritui Sancto, sed non propriè, licet enim possit ei competere appropriatè, ut in sequenti quæst. patebit, tamen non competit ei propriè: quia huiusmodi auctoritas

A competit toti Trinitati, ut supra patuit per August. 2. de Trinit. cap. 10. ubi ait, quod *inseparabilia sunt opera Trinitatis*. Et ibi specialiter, opus incarnationis attribuit non vni personæ, sed toti Trinitati: hoc idem dicit in Enchiridio cap. 36. ubi loquens de incarnatione similiter ait, quod *inseparabilia sunt opera Trinitatis*. Ex quo concludi potest, quod non vna persona tantum, sed tota Trinitas operata est incarnationem illam.

Tertio modo potest hoc intelligi, non quantum ad auctoritatem, sed quantum ad causalitatem, vtrum causalitas, & efficientia incarnationis propriè possit attribui Spiritui Sancto. Sed quæres differentiam inter auctoritatem, & causalitatem.

B

Ad quod dici potest, quod nomen auctoritatis, & principalitatis recipimus in diuinis. Recipitur enim ibi nomen principalis, secundum quem modum loquitur Augustin. 15. de Trinit. cap. 26. quod

C

Spiritus Sanctus procedit à Patre principaliter: recipitur etiam ibi nomen Auctoris, secundum quem modum, ut supra diximus, loquitur Hilarius, quod Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio auctoribus, sed nomen causæ non propriè recipitur in diuinis, cuius ratio est, quia causa propriè loquendo est, ad cuius esse sequitur aliud, sed in Diuinis, secundum quod loquuti sunt Sancti, qui sunt nostri Philosophi, & quos sequi debemus, non est aliud, & aliud, quia non est ibi alietas essentiarum, licet sit ibi alius, & alius, quia est alietas personarum. Et si aliquando inueniatur nomen causalitatis in diuinis, ut si dicatur, quod Pater est causa

D

Filij, ibi causa accipienda est pro principio, ut dicatur Pater causa Filij, quia est principium Filij. Nam principalitas reperitur in diuinis, sed non propriè causalitas. Reuertamur ergo ad propositum & dicamus, quod tertius modus attribuendi propriè incarnationem Spiritui Sancto potest esse secundum causalitatem, secundum quem modum loquendi, dicemus, Spiritum Sanctum fuisse causam efficientem illius incarnationis, sed non propriè, quia non fuit talis causa sola persona Spiritus Sancti, sed tota Trinitas, ut est per habitam manifestum.

Tom. 3.

Tom. 3.

Quomodo differat auctoritas, & causalitas.

Tom. 3.

Nomen causæ non est propriè in diuinis.

Sancti dicuntur Philosophi Theologorum, secundum quos loqui debemus.

In diuinis non est aliud & aliud, sed alius, & alius.

Nomen causæ in diuinis exponitur propriè in principio.

Quarto modo potest hoc intelligi quantum ad carnis susceptionem, vel quantum ad incarnationis terminationem. Et hoc modo incarnatio non est attribuenda Spiritui Sancto, sed soli personae Filij, quia sola persona Filij est incarnata, sola persona Filij suscepit carnem, ad solam personam Filij terminata est incarnatio, solus Filius factus est homo.

Nam nec Pater, nec Spiritus Sanctus est incarnatus, nec factus homo, propter quod supra posuimus exemplum de duabus personis induentibus tertiam, ita tamen quod illa persona etiam induat seipsam, quo posito, tres personae essent induentes, sed vna sola persona esset induta. sic omnes tres personae operatae sunt incarnationem illam, sed vna sola persona est incarnata, vel induta carne.

Quinto modo potest attribui alicui personae incarnatio, tanquam tribuenti materiam, unde formata est caro. Et hoc modo incarnatio non attribuitur Spiritui Sancto, sed soli matri, quae materiam ministravit, secundum quem modum loquitur Magister in littera, quod non de substantia Spiritus Sancti partus semen accepit. Partus enim, idest filius, in alijs hominibus à Christo, à patre accipit semen, per quod formatur, à matre accipit materiam, siue sanguinem, de quo formatur: & quia in generatione Christi non intercessit semen virile, sed solum purissimus sanguis Virginis, de quo fuit formatus: ideo isto quinto modo attribuendi incarnationem Spiritui Sancto, quod exhibuerit materiam, de qua formata est caro Christi, non competit Spiritui Sancto; sed soli matri: vel si vellemus hoc attribuere Spiritui Sancto, prout materia reducitur in causam efficientem, & organizat, & disponit causam ad talem formam, sic nec hoc modo attribuitur incarnatio Spiritui Sancto proprie, sed toti Trinitati, quia omnes tres personae organizauerunt materiam illam ad susceptionem humanae formae, vel rationalis animae, secundum quarum susceptionem, scilicet rationalis animae, & carnis, Christus factus est homo. Sic ergo dicendum est de ipsa re facta, vel de ipso Filio, ut est factus caro, vel ut est factus homo.

Aegid. super iij. Sent.

A Sed quid dicendum sit de modo fiendi, infra, poterit declarari.

RESP. AD ARGVM.

Omnia autem argumenta, in contrarium facta, de leui soluuntur. Nam cum dicitur, quod *Maria inuenta est in utero habens de Spiritu Sancto*; & cum subditur, *quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est*: & cum Angelus illam incarnationem adscripsit Spiritui Sancto, dicens, *Spiritus Sanctus superueniet in te*: & cum in Symbolo dicitur de Christo, quod *conceptus est de Spiritu Sancto*. Hac omnia intelligenda sunt non proprie, quod sola persona Spiritus Sancti hoc fecerit, quia tota Trinitas, vel omnes tres personae induerunt Filium carne, & omnes tres operatae sunt incarnationem illam, sed omnia illa intelligenda sunt appropriatè, quia licet tota Trinitas operata sit incarnationem, tamen operatio illius incarnationis competens toti Trinitati, congruè potest appropriari soli personae Spiritus Sancti, ut in sequenti quaestione patebit.

Omnia argumenta cum cludunt Spiritui S. attribui incarnationem Verbi, appropriate: non proprie.

ARTIC. II.

Utrum incarnatio Verbi appropriatè attribuatur Spiritui Sancto. Conclusio est affirmatiua.

D. Thom. 3. p. q. 32. art. 1. & 2. & omnes authores supra citati.



SECUNDO quaeritur, dato, quod operatio incarnationis non debeat attribui Spiritui Sancto proprie. Utrum possit ei attribui appropriatè.

Et videtur, quod non, quia operatio diuina est ipsa sua essentia; essentia autem non attribuitur alicui personae, sed est communis tribus, si enim appropriaretur alicui, potissimè deberet appropriari Patri, qui est fontana Deitatis; ergo non Spiritui Sancto.

Præterea Damascen. lib. 3. cap. 1. vult, quod in incarnatione manifestatur simul bonitas, potentia, iustitia, & sapientia.

D. Damasc. lib. 3. c. 1.

O Dei:

Dei. sed potentia appropriatur Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui Sancto: ergo incarnatio non debet attribui alicui personæ, sed dici communis tribus.

Præterea. Si incarnatio attribuitur Spiritui Sancto, hoc erit actiuè tantum: sed actio videtur immediatè egredi à potentia: ergo illi appropriatur omnis actio, cui appropriatur potentia: potentia autem appropriatur Patri: ergo &c.

Præterea. Idem est incarnari, quòd missio Filij in carnem: sed solus Pater habet authoritatem super personam Filij: ergo soli Patri debet hoc appropriari.

IN CONTRARIUM sunt omnes illæ quatuor authoritates superius assignatæ, in quibus specialiter attribuitur opus incarnationis Spiritui Sancto: sed nõ potest attribui aliquid specialiter alicui personæ, nisi illud ei specialiter competat, vel propriè, vel appropriatè: cum ergo opus incarnationis Spiritui Sancto non attribuitur propriè, quia tota Trinitas operata est opus illud, sequitur quòd ei competat appropriatè.

Præterea. Omnis operatio diuina specialiter procedit à Deo, secundùm rationem alicuius attributi; sed quodlibet diuinorum attributorum potest appropriari alicui personæ diuinæ, sicut potentia Patri, a quo sunt omnia: ergo &c.

RESOLVTIO.

Verbi incarnatio specialiter appropriatur Spiritui Sancto, quia in ea relucet diuinus amor, bonitas, gratia, & iustitia, quæ attribuuntur Spiritui Sancto: & cum Pater, & Filius in ipso opere incarnationis habeant aliquid specialiter proprium; congruum est, vt Spiritus Sanctus habeat aliquid specialiter appropriatum.

RESPONDEO quòd non est inconueniens aliter, & aliter idè appropriari omnibus personis generaliter, & alicui personæ specialiter, prout refulgent ibi plura attributa appropriata pluribus personis, vel prout ibi refulget vnum, vel plura appropriata vni personæ tantum. In incarnatione ergo Verbi relucet plura attributa

appropriata pluribus, vel etiam omnibus personis. Nam ibi potissimè relucet diuina potentia, quia ibi fuerunt coniuncta maximè distantia, vnde natura humana, quæ de se est quid creatum, & natura diuina, quæ est quid increatum, ambæ illæ nature, sic distantes, coniunctæ fuerunt in vna persona Verbi. Hinc est quòd Boetius de hoc fecit librum, sic intitulans eum, *De duabus naturis, & vna persona Christi*. Et quia potentia appropriatur Patri, ideo opus incarnationis, non obstantè, quòd tota Trinitas hoc fecerit, congruè potest appropriari Patri.

Secundò ibi potissimè relucet diuina sapientia, prout debitè, & ordinatè facta fuit, quia vt dicitur 1. Metaph. *Sapientis est ordinare, & non ordinari*, & quia Filio appropriatur sapientia, potest illud opus appropriari Filio.

Tertiò potest appropriari Spiritui Sancto, prout ibi potissimè relucet diuina misericordia, quia non despexit salutem proprii plasmatis, quæ omnia dicta sunt a Damasceno 3. lib. cap. 1.

Sed licèt sic varijs modis possint fieri huiusmodi appropriationes, vt scripta cõmunia dicunt, & vt talia accepta sunt à Damasc. lib. 2. c. prælibato, possumus tamè duplici via declarare, quòd opus incarnationis congruè appropriari debeat Spiritui Sancto. & ideo non immeritò Scriptura sacra, cuius est maior authoritas, quàm tota humani ingenij perspicacitas, vt dicit August. 2. super Gen. specialiter Spiritui Sancto appropriat dictum opus. Prima igitur via ad hoc sumi potest ex parte ipsorum nominum attributorum diuinorū, secunda ex parte diuinarum personarum.

Prima via sic patet, quia multa attributa appropriata Spiritui Sancto relucet in opere incarnationis, videlicet diuinus amor, diuina bonitas, diuina gratia, & diuina iustitia, omnia autem hæc quatuor attributa appropriantur Spiritui Sancto. Relucet enim potissimè in incarnatione diuinus amor, quia vt dicitur Ioan. 3. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret*. Vbi Chrysostomus dicit, quòd *si Deus Pater pro redemptione nostra dedisset suum Angelum, vel Archangelum, non esset signum magni amoris sed quia dedit Filium propriū, ideo &c.*

Rursus

Opus incarnationis, ratione omni potètia veniētis duas naturas infinite distantes, appropriatur Patri: vt ordinatè factum fuit, appropriatur Filio, vt misericorditer, Spiritui S. Cap. 2.

D. Damasc. lib. 3. c. 1.

Opin. communis.

Modus Aegidij.

Tom. 3.

Ex quatuor attributis Spiritus S. concluditur incarnationem ei attribui.

Io. 6. 3.

Rursus si Deus Pater habuisset plures filios, & dedisset vnum ex eis, fortè non fuisset signum magni amoris, sed quia non habet nisi vnicum Filium, & illum vnicum dedit pro salute nostra, signum, fuit magni amoris; Cum ergo amor, si sumatur personaliter, sit ipsa persona diuina Spiritus Sancti, qui est amor Patris, & Filij, & nexus vtriusque: ergo &c. Declarata est igitur via prima, videlicet, quomodo ex parte ipsius attributi, quod est amor, incarnatio Verbi congruè approprietur Spiritui Sancto.

Secunda etià via ex secundo attributo, quod est bonitas, ex præcedentibus est sufficièter declarata. Nam in hoc apparuit potissimè bonitas diuina, quòd non despexit salutem proprii plasmati; sed vt redimeret hominem, quem ante iam plasmauerat, Dei Filius verus Deus, & verus homo seipsum morti tradidit, & pro nobis propriū sanguinem fudit; & quia hoc attributum bonitatis potissimè appropriatur Spiritui Sancto, qui procedit per modum voluntatis, cum Philosophus in 1. Ethicor. definiat bonum per ordinem ad voluntatem, vel ad appetitum, dicens, *Bonum est, quod omnia appetunt*: Incarnatio Filij Dei, in qua potissimè relucet bonitas diuina, congruè debet appropriari, & attribui Spiritui Sancto; cui appropriatur bonitas.

Tertia autem via, sumpta ex tertio attributo, quod est gratia, patere potest ex ijs, quæ dicuntur in littera, his verbis. *Profectò modus iste, quo natus est Christus de Maria, sicut Filius, & de Spiritu Sancto non sicut filius, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo ille nullis meritis præcedentibus in ipso exordio nature suæ, quo esse cepit, Verbo Dei copularetur in tantam personæ unitatem, vt idem esset Filius Dei, quod filius hominis, & filius hominis quod Filius Dei.* Et quia illud quod fit ex gratia, fit ex beneplacito voluntatis, ideo congruè appropriatur hoc Spiritui Sancto, ad quem spectat procedere à Patre, & Filio per modum voluntatis; sicut ad Dei Verbum, vel ad Dei Filium spectat procedere à Patre per modum intellectus.

Quarta autem via, ex parte quarti attributi, videlicet ex parte diuinæ iustitiæ, super iij. Sent.

tia, quæ secundum ordinem superiorum positum, ponebatur quarto loco, & dicebatur quartum attributum, de leui patere potest, Nam ad iustitiam pertinet quælibet ordinare in suum locum, & malos ordinare in pœnam, & bonos in gloriam. Sic enim omnia ordinantur in suum locum, quando ordinantur in suum finem. Finis autem malorum est pœna, illa, quæ est æterna mors, sicut finis bonorum est illa gloria, quæ est æterna vita. Cum ergo idem sit finis, & bonum, & qui destruit finem, destruit omne bonum, vt vult Commentator 2. Metaph. ideo Spiritui Sancto, cui appropriatur bonitas, debet appropriari iustitia, quæ omnia ordinat in suum finem, & quia bonitas appropriatur Spiritui Sancto: ergo &c.

Enarratis ergo quatuor vijs, sumptis ex parte diuinorum attributorum, quare opus incarnationis appropriatur Spiritui Sancto, sicut Scriptura sacra, & bene sapè ei appropriat, volumus enarrare quintam viam, ad hoc idem sumptam ex parte diuinarum personarum; nam in opere incarnationis, Pater habet aliquid speciale proprium, sicut est authoritas super personam Filij incarnatam, vel in carnem missam, & ideo secundum Augustinum 2. de Trinit. cap. 10. vox illa, de qua habetur Matth. 3. *Hic est Filius meus dilectus* &c. licet fuerit talis vox cantata à tota Trinitate, specialiter tamen representabat personam Patris, cuius Christus Dei Verbum, est naturalis Filius; sic etiam & Filius in illo opere incarnationis habet aliquid proprium, & speciale sibi, quod est carnis assumptio. Nam, licet tota Trinitas sit operata incarnationem illam, solus tamen Filius est incarnatus, vel solus Filius assumpsit carnem, vel ad solum Filium terminata est incarnatio. Sed Spiritus Sanctus quantum ad ipsam rem factam, vel quantum ad ipsum opus factum nihil habet ibi proprium, vt prima quæstio superius declarabat; congruum ergo erat, quòd in tanto opere, sicut est incarnatio Verbi, per quod redemptum est totum genus humanum, ex quo Spiritus Sanctus non habebat ibi aliquid speciale proprium, saltem haberet ibi aliquid specialiter appropriatum,

Auert. 2. Metaph. com. 4.

D.P. Aug. 2. de Trin. c. 10. tom. 3

Matth. c. 3.

Pater, & Filius in opere incarnationis habuerunt aliquid speciale, & proprium: sed Spiritus S. habuit tantum aliquis appropriatum speciale.

Quod fit ex gratia, fit ex beneplacito voluntatis.